Quod sit et ordinatum quod quilibet testis productus per aliquam partem in iudicio deponat et deponere debeat dictum suum in iudicio non presentibus aliis suis testibus qui etiam debeant deponere super eodem facto, et quod testis cum deponit debeat interrogari per duos bonos viros per partes eligendos, iuratos ante depositionem dicti testis. Quo deponente, advocati, procuratores et partes sileant et nullam faciant interrogationem, sub pena XX soldorum ibidem illico per contrafacientes solvenda, et per dominum vicarium exigenda. Et si aliqui alii fuerint producti per aliquam partium vel per ambas partes admitti debeant distincte, salvo iure impugnandi et non admittendorum. Et habeat locum etiam in presentibus causis.

De negantibus acta curie et volentibus probare contra illa.

Quod sit et ordinatum quod si aliquis negaverit acta curie et appareant acta que sunt negata, ille qui negaverit cadat in pena XL denariorum applicandorum parti probanti, nec audiatur ulterius in causa, parte negante se procedatur in eius contumacia, nisi primo solvat dictos XL denarios. Item si aliquis velit probare per testes contra acta scripta

in iudicio vel velit aliquid esse actum vel ornatum vel ultra
illud quod scriptum est in actis vel velit probare plus esse
scriptum quam fuit actum vel ornatum, hoc probare teneatur
infra sex dies a quo dominum si non probavit non audiatur
ulterius ad illud probandum et pene nomine solvat mediam
marcham applicandam parti adverse, et expensis factis illa
de causa. Et intelligantur acta, citaciones, relaciones
peremptorie et processus facti in preiudicia seu contumaciam partis ad-
verse. Et habeat locum etiam in causis pendentibus.

70 De execucione instrumentorum guarentiarum.

Item et ordinamus quod si quis dixerit in iudicio aliquem sibi fore
obligatum vigore alicuius instrumenti in quo debitor vocavit
se fore guarentum et de hoc fidem fecerit coram domino per
publicum instrumentum sive scriptum forma antiqua autenticatam, detur nuncius
creditori ad denunciandum et mandandum debitori quod
solvat vel sit in concordia cum creditore infra octo dies. Et
nichilominus exinde habeat ille nuncius ~~acto~~ auctoritatem et licenciam
etiam pignorandi dictum debitorem ad instanciam creditoris
et ad vendendum de bonis dicti debitoris usque

. Ad plenam integram .

Ad plenam et integram solucionem ipsius Creditoris. Et
nisi debitor infra octo dies comparuerit coram deo domino contra
dicturus quod nulla fiat novitas per Creditorem super bonis
suis per ipsum ad hoc eidem datum tunc tenetur et debeat
facere citari dictum Creditorem usque ad sex dies tantum
connumerandos a tempore dicti expirati termini octo dierum
nisi obstaret ferie imediate post dictos octo dies sequentes
et tunc ad primam diem iuridicum tenetur Debitorem citari facere
ut supra. Quo termino adveniente et partibus comparentibus tunc
reo petenti decernatur copia sine instrumentis et eidem statu
atur terminus decem dierum ad quintam diem iuridicam ad excipi
endum et opponendum exceptiones quascumque voluerit contra dictum
instrumentum legendum in iudicio et sententiam petitam. In quo termino
solummodo opponere valeat exceptiones istas videlicet falsitatis solucionis
seu alterius satisfactionis prescriptionis et pacti de non petendo in
perpetuum vel ad tempus vel alterius pacti in istro contenti non ob
servati vel aliquid contra personas contrahentium se obligantis
valeat ut aliam legitimam exceptionem admittendam vel
repellendam iuxta formam assistencium. Qui (sic) oppositis vel aliqua
propositis statuatur terminus x dierum perentorie ad probandum

Copia sine instrumentis
habere super istis a ...
datur .x. Dies in
terminus .x. dierum assi
gnatur ad probandum
exceptiones.

Dicas Excepciones suas opponitas, quas excepciones tenetur
et debet legitime et debito modo probare. Et si quidem
in instrumento quietacionis contineatur, quod non possit probari solu-
cio finis vel remissio dicti debiti, nisi per illud instrumentum
cancellatum, aut per aliud instrumentum manu boni notarii in
presencia duorum testium confectum, possit nichilominus debitor
non obstante dicto pacto probare dictas excepciones per sacra-
mentum vel confessionem creditoris. Ubi autem fuerit
opposita excepcio falsitatis et non probata, opponens in .ff.
libr. primoris condempnetur. Si vero aliqua alia excepcio
fuerit opposita et non probata condempnetur in centum sol.
vero primoris. Et habeat locum eciam in causis pendentibus.

F.
Omnium

Q

A quibus constitutibus intelligatur quis esse convictus per pactum.
Quia ex longa consuetudine patrie Foroiulii ac eciam aliis
constitucionibus antiquitus edictis obtentum est, quod si in istro
mento contineatur quod debitor vocet se convictum, ideo si
esset convictus per laudum et sentenciam etc. et nunc ad statum
deductum est quod per aliquos noluerunt alias suos constitue.

Constitucionem proximam supplentes
et illi addentes, constituimus
et ordinamus post illa verba
videlicet per confessionem aut sacra-
mentum creditoris, constituentes
et ordinantes addendo alia in-
frascripta verba fuerit aut facta
in iudicio pro parte.

Debitores ex alia causa quam ad Vtium quod premittit apparet in instrumento etiam quod dicat se conuictos et sub hoc pretextu non uolunt priuilegio instrumentorum quietacionum de quinto Constitutum et est quod omnes Constituciones loquentes de instrumentis quietacionum et eius fructus intelliguntur de instrumentis quietacionum quinti tantum in aliis autem instrumentis nullum obtineat robur atque firmitatem et pro de perdatur in iudicio ac si non sit in illo instrumento expressum quod dicat se quietum.

De Ordine tenendo super instrumento compromissi

Item et est quod si aliquod instrumentum compromissi producatur in iudicio ab eo contra quem producitur quod infra tres dies debeat esse in concordio cum Rectore aliud habeat Rectorem unicum ad accipiendum de bonis suis. Et si infra terminum trium dierum compareret ad contradicendum quod ex tunc ab die impetrate Cedule infra tres dies tantum teneatur totum facere citum ad iudicium in causa in quo intendit contradicere sine uanitate. In quo casu

nona constitutio.

que debet esse scripta infra post de litteris obligatoriis et ante de nouo opere et ficto.

Annis sex dierum competentibus quibus statuatur terminus eidem contradicenti x dierum ad habendum copiam compromissi et omnis et ad opponendum et probandum quicquid probare voluerit tam contra sententiam et compromissum quod contra alia quaecumque post dictum tempus non audiatur.

M Et omnia arbitramenta seu arbitraria non reducenda ad arbitrium boni viri

M Mandamus et ordinamus quod si in aliquo compromisso fuerit insertum quod omnia arbitria vel arbitratoris unius vel plurium non possint reduci nec peti reduci per compromittentes vel aliquem eorum ad arbitrium boni viri quod sententia lata per dictos arbitros et Arbitratores teneat et habeat roboris firmitatem non obstante aliqua reductione et hoc sive sit simpliciter renunciatum sive nominatim de non reducendo omnino quam ad arbitrium ~~omnis~~ sive utrumque contineatur in compromisso sive non et habeat locum etiam in omnibus pendentibus.

Et omnia compromissa observanda et pena exigenda.

M Mandamus et ordinamus quod si persona quae tenetur ad aliquid vel aliquid faciendum.

prudent de molestando [illegible]

Vel non facienda vigore alicuius sententie arbitrarie vel arbitratorie
et illa non observaverit, dicendo contra illa, vetitum fuit
vel fecerit, et sententia iam dicta fuerit in iudicio producta
et lecta etiam parte absente et non citata, nichilominus
teneatur ad penam in compromisso contentam etiam si postquam
ipsa contra quam sententia lata fuerit velit infra tres dies ob
servare contenta in sententia, quam penam, et contenta in
dicta sententia possit ille in cuius favorem sententia lata est
petere et exigere prout sibi libuerit.

De iuramento in iudicio recipiendo vel refferendo.

Statuimus et ordinamus quod in quacumque causa cuiuscumque quanti
tatis existat, et in quacumque parte litis, una pars
alteri possit defferre sacramentum super eo quod petit, et teneatur
ille cui datum fuerit sacramentum iurare, vel iuramentum reffe
re, nisi allegaverit se non recordari, et velit habere dilla
tionem ad pensandum, quia tunc sibi detur dieta dillationis.
Et si hoc recusaverit si fuerit actor cadat ab actione et
absolvatur reus a petitione actoris. Condempneturque ipse

Actor in expen(sis). Et n(on) fuerit reus, et iurare, ut resp(onde)re
recusaverit condempnet(ur) ad petita, sup(er) quib(us) noluerit iu-
rare ut resp(onde)re, (et) eciam in expen(sis). Et habeat locum etia(m)
in pendentibus causis.

[illegible] 133. Nota rescriptum

Constitucio p(re)x(ima). Addimus constitucioni q(uod) transactis t(er)minis
Actori et Reo limitatis ad p(ro)bandum, possint ipse partes
hinc inde sibi adinvicem deffer(re) sacramentum, sup(er) p(ro)po-
sitis p(er) eas, ut alterum earum.

De verbis iniuriosis in iudicio dictis et p(ro)latis

prohibita et super

Item. et. or. q(uod) si aliquis p(ro)tulerit v(er)ba in iudicio iniu-
riosa, cont(ra) aliquem, cuiuscumq(ue) condicionis existat, puniat(ur)
in penam decem marcharum et nichilominus teneat(ur) solu(er)e
iniuriam passo. Si autem cont(ra) officialem sedentem in
iud(icio) puniat(ur) in penam vigintiquinque librarum.

De consilio non habendo p(er) partes iudicio durante, ult(ra)
q(uam) cu(m) quinq(ue) extantibus.

Constituimus et ordinamus, quod sedente domino vi-
cario et iudice in civilibus causis, durante novit(?) supplica(?)
pars possit nec valeat convocare astantes vel alios
cum suo advocato vel aliquo ad habendum consilium
Et si secus factum fuerit inceptionis(?) procedatur. hec post add. [illegible] [illegible] [illegible]

De comandantibus(?) et circumstantibus allegatis pro suspectis

Con. et Or. quod si aliquis allegavit aliquem pro suspe-
cto in comando teneatur declarare causam suspectionis
qua causa si fuerit admissa tanquam legitima per comandum asta-
tum, Tunc si velit probare eam causam suspectionis admi-
ttatur ad probandum, quam probet ibidem et illico sine
aliquo termino vel intervallo sibi dando probare teneatur
et si non probavit cadat in penam .xl. denariorum dandorum
illi qui allegatus fuerit suspectus et hoc nisi vellet stare
sacramento eius quem allegavit suspectum, quo casu etiam si
iurabit illam causam non fore veram, cadat in penam pre-
dictam quam solvere teneatur ibidem illico, aliter non audi-
atur nec in agendo nec in deffendendo, Et in ca-

procedatur contra eum allegantem suspectorem quemadmodum esset contumax. Si vero eam dicte suspectionis sibi tamquam legitima per examen admissam probaverit, aut per legitimam probationem illico, ut est, aut per confessionem illius allegati suspecti, de pena predicta nichil solvat, et predictus allegatus suspectus in dicta causa examinare non possit.

De obligatis ad respondendum in pluribus locis coram pluribus iudicibus

Item, et ordinamus, quod si aliquis debitor in instrumento debiti obligaverit se ad respondendum de dicto debito coram diversis dominis, seu officialibus, et in diversis locis, quod coram quolibet officiali, et in quolibet loco nominato conveniri valeat, et in quocumque dictorum locorum, et coram quocumque officiali ex nominatis in instrumento, coram quo creditor ipsum convenerit teneatur et compellatur, dummodo non extra districtum, et ducatum Foriulii, de debito reddere, et habeat locum in futuris contractibus tantum.

L. por addi. ut declarat [illegible]

D De debitoribus, et fideiussoribus dingor valentibus co ^ diugor
ram dno. P. et eius vicario conveniri.

Q Quia in casu isto contingunt Creditores multis gravamis
molestari, derecho Consti, et. Or. quod si repiatur pri
cipalem debitorem, et eius fideiussorem, vel fideiussores
habere diversum forum, et habitacionem in diversis locis, Quare
dicitur isto casu possit conveniri coram. D. P. vel eius vi
cario omnes. s. tam principales quam fideiussores, non
obstante aliqua exceptione fori.

D De exforcenis, et hys qui ingrediuntur iniuriose dom
os, et habitaciones aliorum.

Q Ordin. et Or. quod quicumque Ecc. Aquilegen subditus
seu incola, vel habitator, in Terris, vel locis Ecc. Aglegn
subditus, ac eciam forensis proprio arbitrio, et eius auctoritate p
se vel interpositas personas, absque iussu domini, seu eius cui
subest occupaverit, seu invaserit Mansos, Braydas pr
ata, nemora seu possessiones alias, in quarum aliquis alius
fuerit possessor, aut quas aliquis possiderit, seu proprio

Iste capitulum cum sequenti ? inserat

arbitrio. Absque mandato domini depredatus fuerit, vel rap-
uerit equos Boves Oves, ceteraque animalia, aut bladum vel vi-
num, seu quascumque alias res existentes, aut existencia in po-
ssessione, aut tenuta alterius persone, Seu quas, et que alius te-
nuerit vel possederit. Si ex hoc convictus fuerit coram domino P.
vel eius Officialibus restituat, et condampnetur, ad restitu-
endum rapta et capta ad altercessum cum dampnis, et
expensis, et ad solvendum pro bano Curie quinquaginta libras
soldorum [illegible] parvorum. Si quis non ex predictis personis sua
propria auctoritate ingressus fuerit domum alicuius sitam in Terris
Castris, et villis predictis, hospite domus contradicente vel
si eo absente contradicente aliquo de eius familia, Solvat. xxx.
libr. sclavaneschas. sol. octo frax pro libra pro ingressu, et
totidem pro egressu, que pena parti iniuriate applicetur
Gastaldiones nostri, et ceteri officiales domini P. guadias
exigant iuxta consuetudinem in eorum Gastaldiis hactenus
observatam, et hec habeat locum in preteritis, et futuris.

De hys qui cum animalibus pasculant non committentibus extorcion

Constitucioni proxime precedenti addentes Constituimus

quod si aliquis cum aliquibus animalibus vel aliquo animali pasculaverit in pascuis, pratis, braydis seu aliis possessionibus ad ipsum non pertinentibus non intelligatur exforcium commisisse nec ad penam exforcii teneantur, sed solum ad extimacionem dampni dati et ad moltam que tamen excedere non debet denarios octo Aquilegenses monete et decem non valeat nisi semel pro uno excessu. Et hoc etiam locum habere volumus in quocumque alio genere dampni dati in aliquo territorio dummodo dampnum non excedat valorem viginti fictorum vel persone presenti et resistenti factum seu illatum fuerit. Sed si dampnum inferens contendat vel contendere noluerit cum accusatore eius super proprietate vel possessione rei vel territorii in quo dictum dampnum datum est, et in predicta causa vel controversia proprietatis vel possessionis succubuerit, tunc intelligatur exforcium commisisse et ad penam exforcii teneatur.

De ordine iudicii et modo procedendi in causa exforcii

Constituimus et ordinamus quod si quando fuerit citatus legiptime, idest secundum consuetudinem hactenus super citacionibus ... Ista additio [illegible] cum separata [illegible] addatur quod si [illegible] mitteret exforcium non sit sufficiens quod expectat [illegible]

obseruatum, qual debet esse ista Citacio declaratur in
et in xx° Redd, ex eo quod dicatur comisisse exforcium
et super exforcio querimoniam contra ipsum exponatur com
parere teneatur personaliter ad suam deffensionem faci
endam, Alioquin si sic non compareat, proclametur pu
secundum Antiquam consuetudinem, et ipso, nec aliquo pro eo
legiptime comparente, facta fide de Citacione et proclamacione
per Actorem, tunc presito sacramento quod ille de quo conque
ritur exforcium comisit, ipse de exforcio condempnetur ad
soluendum bannum Curie, ac eciam ad restituendum ad altre
suum congreti omnia rapta, et acepta, Et mencionis dicti
Actor Ducatur, et taxeatur in tali possessione illius rei in
qua est factum exforcium in quali erat tempore comi
ssi exforcii, de quo querimonia est exposita, Et super rebus ra
ptis restituendis duplicatis, stetur sacramento Actoris, sine aliqua
taxacione, et si res ipsas pecierit. Et hoc si res rapte uel ac
cepte, cum altrecessio, non excedant sumam Centum marcharum
denariorum, ab inde uero supra non stetur suo sacramento, set legiptime probet
res raptas et aceptas saltem per duos testes cum suo

Iuramento, et possit fieri talis probacio et per domesticos
Si non personaliter comparuerit, tunc procedatur simpliciter
et de plano summarie, et sine strepitu, et figura iudicii
Si non personaliter non comparuerit citatus, sed alius excusator
pro eo legitimatus ibidem per dominum audiatur, et admittatur
ad allegandum causas legitimas absencie dicti Citati, quarum
causarum si qua fuerit admissa et legitimata, tunc in dicto termino
non procedatur, Sed alius terminus eidem assignetur in quo per-
sonaliter compareat si potest, et forsan cessaverit impedimentum
nisi aliquid de novo supervenerit. Et si non potest propter impe-
dimentum predictum, tunc sufficiat comparere ad terminum per
legitimum procuratorem, cum quo procedatur. In casu vero in quo
excusator non esset legitimus, vel legitimatus, si cause non
fuerint legitime, pronunciate per dominum tunc procedatur perin-
de ac si nullus comparuisset. Et hec habeat locum eciam in
causis pendentibus.

De Citacionibus que sufficiunt, et qualiter debeat icri exforcy fieri.

add' Constitucionem proxime precedentem in principio declarando addicimus

qd si quis vult aliquem convenire p aliquo exforcio
sufficiat ipum citar semel tm, si fuerit psonalr inventus
si vo non fuerit psonalr inventus in prima citatoe, tuc ci
tetur ad domu, et ibidem cedula dimissa, Et adhuc
teneatur ipum facere pro citari psonalr vl ad domu ibidem et
dimissa cedula cum pclamacoe solita, Et si ppam no
heat habitacoem, tuc sufficiat dominica pclamaco, et citaco
facta in platea loci, ubi solet habitare.

De ordine iudicij qn agitur sup exforcio, citato nomi
nante relevatorem

Item. et ce. qd si aliquis fuerit citatus occoe alicuius exfor
cij, et citatus legitie compeat, et videat, et alleget, qd al
terius noie vl mandato accepit, vl fecerit illud qd fecit
teneatur ibidem noiare illum cuius noie vl mandato dicit et as
serit se fecisse, et accepisse, qui relevator noiatur, et si
dictus noiatus non est sufficiens ad solucoem eorum q
sunt petitur, vl dicuntur accepta, vl facta, ibidem in iudicio
sufficientem pstet securitatem, quia no pstita psonaliter

penes dominum retineatur, et teneatur dictum relevator
em cuius nomine vel mandato dicit se fecisse, vel accepisse illud
quod fecit et accepit inter sex dies numerandos a die notic
ionis ab inde, inter secundum distanciam locorum ad iudicium
producere, et nisi ipsum relevatorem ad iudicium produxerit
ipse teneatur respondere, et in ea exforciam procedere principa
liter et nomine proprio. Si vero produxerit ipsum relevatorem
tunc si dictus relevator fateatur cuius nomine vel mandato factum
vel acceptum illud est quod per exforcio allegatur et petitur
et est sufficiens et ydoneus ad solvendum illud quod petitur
confitetur, tunc citatus primo, qui ipsum relevatorem nomina
vit ipso iure intelligatur absolutus, et in ea dicta exfor
cia cum dicto relevatore procedatur. Si vero dictus novatus rel
evator non est sufficiens et ydoneus ad solvendum illud quod
petitur. Nunc dato quod confiteatur suo nomine vel mandato factum
quod fecit vel accepit iniusto cum primus citatus non intel
ligatur absolutus sed tunc si dictus relevator succubuerit in ea.

intelligatur, et esse debeant ambo sil. primus cita
tus et rellevator p ipm noiat comicti, et eor bona
Et fiant executoes cont primu citatum, et in eius bo
nis, et cont eius fideiussores, et eor bona, si ipse primus
citat heat regressum cont relevatorem suum, de omnibus
dampnis que sustulerit dca occon.

Sup eodem citato allegante se fecisse cum nuncio dny, et
eius licencia, ut mayto.

ba i mustrat en sequestro

Quem. et. or. q si aliquis citat occon alicui exforcy lega
compeat, et respondeat, et alleget se fecisse illud qd fecit
cum nuncio dny, et de ipius dny licencia ut mayto et hoc
pbet saltem p relacoem preconis, tunc solvatur ab exforcio
et pena exforcy Ex inchonis tam restituere ablata ut eum
dare facta teneatur simplicit sine pena exforcy, cum da
pnis et expen, nisi pbet se raconabilit p laudum, et
snam dcos nuncium, et licenciam obtinuisse, Et salvo

nisi allegaverit, et probaverit aliam causam, que ibidem per formam
astancimentorum iusta fuerit approbata. Et sicut locum eciam in
causis pendentibus.

De hiis qui iniuste pignoraverint pro lucellis et affictibus
sine nuncio domini compellendis ad restituendum ablata cum altercesso

nova add. Addicio

Constitucioni preter precedenti, et loquenti de eo qui allegat
se fecisse cum Nuncio Domini, vel de eius mandato. Addentes
et ipsam declarantes. Consti. et ord. quod si quis citatus super
exforcio alleget se fecisse illud, super quo citatus est cum nun-
cio domini, vel de eius mandato, vel licencia, et obtentum fu-
erit contra eum, quod non iuste, et racionabiliter pignoraverit
seu acceperit, aut pignorari seu accipi fecerit, et sic succum-
buerit, teneatur pignorata, et accepta parti pignorate et
conquerenti restituere ad altercessum cum dampnis, et expen-
sis eciam. Si obtinuerit nuncium a domino ad pignorandum pro
suis affictibus, vel lucellis non tamen in isto casu cadit in
penam quinquaginta librarum vel minoris summe in aliis casibus

p exforcijs constitutam, et de valore ablatorum, et ac
ceptorum sterne sac° ipius congruentis, ut premittitur abstinetis

Item
Super eodem Casu, vel ambabus partibus possessionem annua allegantibus

Item
Quin. et. or. qui si aliqis citat actore alicuius exforcii seu ruptione compuerit et ipse Reus, et Actor alleguant se fore in possessionem rerum, super qua dicitur exforcium fore factum, per annum, et decem sex potestates, et elapsis, Tunc ambe partes ad mittantur ad probandum, et probare teneantur annuam possessionem pacificam, et non litigiosam cum perceptione fructum seu affectuum, Decem perceptionem pacificam fructuum, et pretium an sex potestatum vel maioris partis decem fructuum, possessio talis probata habeatur pro annua possessione, nisi fuisset interrupta per citationem factam tenendo possidentem ad iudicium coram .D. P. vel eius vicarios, et in hoc casu venit primum volens producere manutentores admittatur ad ipsos producendos, sed isto casu solum ius sit super proprietate, ipsis litigantibus contra suos manutentores providere ac si ipsi manutentores in iudicio presentes fuissent

et iudicium in se susscepissent, probatam aut possessionem
teneantur predicti litigantes probare infra terminum xx
dierum utilium, a die allegate possessionis anne, et termi
ni ad id probandum statuti et limitati, infra quem terminum po
ssint et debeant dicti litigantes super predicta possessione proba
nda eorum articulos et interrogatoria, et testes producere et exami
nari facere et deponi fecisse, procedendo de die in diem
presente parte vel contumaciter absente ad actus in quibus
est necessaria presentia vel contumacia partis in dicta probatione
fienda, infra quam probationem fiendam non possint produci per
parte qualibet ultra vigintiquinque testes, et hoc intelligatur
nisi iustum impedimentum intervenerit, quod utrum sit iustum
per dominum potestatem declaretur, et tunc si dictum impedimentum
~~intervenerit~~ per dominum fuerit iustificatum, super addantur utrique
parti post terminum alii decem dies ad dictam probationem fien
dam, quibus elapsis nulla persona super ipsa probatione fienda
ultrius audiatur seu ulterius procedatur, et donec dicta causa fuerit
finita et terminata et executioni mandata nulla persona audiatur

annua possessio probatur infra xx dies infra quos testes debent deponere et examinari

sup ppetate seu petitorio, remanentibus tamen omnib. iur
ibus salvis utrique parti sup ppetate seu petitorio. Et si re
us allegans huiusmoi possessionem annuam succubuerit in dca
possessione annua allegata, teneat parti victrici ad alterissu
lum dampn. et expen. et ad bannum Coīe usitatum
v. L. libr. Et q idem reus allegaverit indebite possessione
quam abstulit se probaturum et non pbavit, et indebite
inquietavit actorem ultra annua solvat dco parti obtinenti pene
noie libr. xxv. Si aut Actor succubuerit in dca pbacoe
possessionis annue p eum allegate solvat expen. reo et ultra
hoc pene noie libr. quinquaginta, quarum medietas aplicetur
Coīe, et alia medietas reo obtinenti in dca ca possessionis. Et
hec habeat locum etiam in pendentibus causis.

Qd t'mis decem dierum limitatis Actori et reo sup ex
forcio rei mobilis

Constitutioni pxime addendo. Constitutum q si aliquis conv
aliquem de exforcio sup rebus mobilibus, et non sit necca
pbacio possessionis rei imobil seu stabilis tunc in ca tali utrique

parti simul et semel detur terminus ad probandum quod probare voluerit infra spacium decem dierum connumerando a die limitati dicti termini et ipso excluso.

Super eodem quando allegatur possessio nomine acquisita et deinde tertio allegata super petitorio. — hic post addi ... non ... [illegible]

Constitutio. et Or. quod si partes in causa existentes vel aliqua pars allegaverit vel allegaverint possessionem civilem continuatam possessione auctorum suorum cum sua possessione, tunc in omnibus et per omnia procedatur secundum formam constitutionis proxime precedentis, reservato semper eis iure contra eius azautentores ut nos proxime continetur. Et si non ambe partes super ea possessione ut nos proxime continetur. Et si non ambe partes super ea possessione et litigio super possessione admissis nollent concorditer super petitorio et possessione litigare et super ea eorum et placitos et azautentores super hiis producere possint, et tunc procedatur in dicta causa secundum ordinem et constitutionem supra annotatam quando litigatur et agitur de petitorio et super petitorio. Et mediocrum possit diffiniri coram domino vicario summaria fieri. quod si altera pars vellet tantum instare super possessione et — Super ista constitutione ... ista constitutio finalis ... voluerit ... videatur sequens constitutio ... ista

Que hic dicuntur restring(untur)
et declar(antur) extend(antur) ad
in causis tm̄ ut in ad
dictis px statutum qrtn.

cam possessionis primo diffiniri, et pars adversa que non an-
nuam seu novam possessionem allegat, velit iura sua super pro-
prietate et possessione et manutentores producere audiatur, et
similiter audiatur alia pars super predictis, et tunc disputetur simul
et semel super possessione et proprietate, sed procedatur summarie
et de plano et teneantur tunc dicte partes et possint infra
xxv dies a die allegationis dicte possessionis eorum actos, et in-
strumenta et testes producere, et examinari facere, et deponi
fecisse et produxisse infra, infra manutentores processus
factos in iudicio vel extra, et qualitercumque producere volue-
rint procedendo de die in diem, parte presente vel contumaciter
absente, ad actus in quibus est necessaria presentia vel contumacia
partis in dicta causa, in qua etiam non possit produci per parte
qualibet ultra viginti quinque dies, et hec intelligantur nisi iu-
stum impedimentum intervenerit, quod utrum sit iustum per sena-
torem declaretur, et tunc si dictum impedimentum fuit per-
tencia iustificatum, supraaddantur utrique parti alium viginti
quinque dies infra quos dicte partes debeant omnia que
voluerint in dicta causa produxisse et fecisse, quibus

elapsis nulla penitus audiatur ulterius in dicta causa, qua
liber impedimenti allegatione sublata, penitus et exclusa, ex
tunc ad diffinitivam sententiam procedatur, que coram dicto possit
et valeat fieri etiam super proprietate et possessione, et
in causa cum quo victor potior appareat, et obtineat in
possessione, victus condampnetur de exforcio secundum constitu
ciones superius editas, licet victus obtineat in proprietate cui
victus obtineat in proprietate restituatur possessio simpliciter cum
dampnis et expensis, et in omnibus dicta cum habeat necnon et di
ffinicionem earum exforcionum, tam in processu quam in penarum exac
cionibus, et omnibus aliis, et hec constitucio habeat locum etiam
in pendentibus causis.

Constitucionem proxime precedentem, et loquitur de eo qui allegat
possessionem noviter acquisitam. Addentes et ipsam declar
antes et limitantes Constituimus et ordinamus, quod illud quod
in dicta constitucione cavetur, scilicet quod aliquis non audiatur, si novam
possessionem allegat et velit iura sua super proprietate et posse
ssione manutentores producere audiantur et disputentur

nova add.

De hiis casibus quibus in quibus
quis agitur super exforcio
sunt pretio sua iura et
…

simul et semel super proprietate et possessione et cetera. Habeat locum in tribus tantum casibus infrascriptis, videlicet quando ipse qui non antiquam sed novam possessionem allegat dicit rem de qua agitur fore venditam ad incantum contra ipsum, contra quem querimonia est exposita, vigore alicuius commissionis per sententiam latam contra ipsum. Secundo quando allegat rem de qua agitur fore venditam contra ipsum vigore alicuius obligationis convencionalis facte per ipsum. Tercio quando allegat rem de qua agitur fuisse sibi datam aliquo titulo alienacionis ab eo cum quo contendit, vel ab alio habente ab illo causam. Quibus tribus casibus tantum ipso facto ille qui non antiquam sed novam possessionem allegat, iura sua et manutentores producere super proprietate et possessione possit et valeat etiam contradicente parte adversa. Que etiam pars adversa possit etiam si velit iura sua super proprietate et possessione ac manutentores producere.

Nec massarios et colonos ad probandum possessionem admittendos. Rubrica.

statuto — Constituimus et ordinamus quod si contingat seu contingerit aliquam probationem fieri debere super possessione alicuius mansi, domus, braydae, seu alterius terrae, seu alterius iuris quod pretendatur

super aliquo terreno, quod dicta probacio possit fieri eciam per massarios et Colonos, livellarios et alios solventes dicta iura dictorum bonorum, probando eciam famam et de possessione dictorum bonorum, et quod talis probacio sufficiat et legiptima reputetur eciam si admisse sint ambe partes et concurrant ad probandum possessionem, in quo casu dicti coloni et alii suprascripti producti per partes et testes admittantur, et in hoc casu prevaleat ut consuevit probacio illius partis que meliores et pluriores probaciones produxerit et habuit.

No(ta) quod potest probari possessio actorum per colonos.

De litteris obligatoriis et earum cognicione, cum statutis — nil novi. Rubrica.

F.

Quia propter literas privatas personarum et sigilla multe possunt deceptiones et falsitates committi, Consti(tuimus) et or(dinamus) quod si aliquis agere velit vigore alicuius litere obligatorie contra aliquem illam eciam parte absente et non citata legi facere possit in iudicio, qua lecta in iudicio pars partem contra quam producatur citari faciat, quod usque ad sextum diem computandum a die presentacionis cedulle citatoris et illo exclusive debeat fecisse quod in litera continetur aut ad dictum diem sextum computandam

nona constitucio.

ntis compareat Ad negandum contradicendum vel confitendum
que in dicta litera continentur. Et siquidem infra dictum
terminum seu in dicto termino sepedictus citatus non satisfe
cerit nec comparuerit in dicta curia habeatur pro convicto et statim
habeat introitum ad accipiendum de bonis eius contra quem dicta
litera fuit in dicta curia producta et lecta prout contenta in dicta litera
que tamen litera appareat ibidem in iudicio scripta de manu illius
contra quem producitur seu illius in cuius locum succedit Et
si ibi tunc apparere non posset quicumque producet probacionem aut
per comparacionem literarum aut per dicta testium cognoscencium
literam et dicta probacio fieri possit eciam parte absente vel non
citata Vel si non dicatur scripta manu eius qui apparet obligatus
in litera sed manu alterius sed manifeste appareat in iudicio dictam
literam fore sigillatam cum sigillo illius qui apparet in litera ob
ligatus et roboratam duorum testium subscriptorum ut inferius
anotatur. Si vero in prima citacione non fuerit personaliter inventus
tunc cedula ad domum sue solite habitacionis dimissa citetur secundo
per similem modum ut supra scriptum qui sive inventus fuerit sive
non Si in termino non comparuerit seu infra dictum terminum
non satisfecerit habeatur pro convicto ut supra. Si autem compare
rit in termino et confiteatur literam fore scriptam de manu

propria sua vel illius cui succedit, seu in cuius locum succed-
it, seu confiteatur literam scriptam de manu alterius, de suo tamen
expresso mandato, tunc habetur pro convicto, nisi forsan probare vo-
luerit solucionem, seu remissionem seu absolucionem eorum que
in literis continentur, quo casu admittatur. Si autem compareat
in termino, et contradixerit seu negaverit literam fore scriptam
de manu sua propria, seu eius in cuius locum succedit et convin-
catur, tunc si fuerit probatum per partem producentem literam illam
fuisse scriptam de manu sua propria habetur pro convicto, nec
admittatur ulterius ad aliquam deffensionem faciendam
nec aliquid allegandum quod sibi prosit. Si autem probatum
fuerit illam literam fore scriptam de manu eius in cuius locum
succedit, et convincitur, tunc adhuc possit probare solucionem seu
satisfactionem eorum que in literis continentur. Si autem litera que
producitur in iudicio dicatur scripta manu alterius vere per sigil-
lata sigillo proprio illius contra quem producitur seu eius in
cuius locum succedat, et convincitur, tunc si ille contra quem pro-
ducitur negaverit fore scriptum de voluntate sua, seu sigillum
fore suum proprium, vel si confiteatur fore suum proprium, et negat

uerit fore appositum in dicta littera de uoluntate sua, et
tali littere non adhibeatur fides, nisi littera illa fuit subscrip-
ta et roborata per subscriptionem duorum testium, bone oppini-
onis, et fame, testificancium in ipsa litera per eorum
scripturam, seu subscriptionem, quod dicta litera fuerit facta per
talem personam, de uoluntate et mandato expresso illius, qui
aparet obligatus in dicta litera, et sigillata sigillo pro-
prio eius qui in dicta litera est obligatus, et de sua uoluntate.

De uero deposito, et ficto. Rubrica.

Consuetudo est, et usus. quod illud censeatur, et dicatur uerum
depositum, quod factum est penes aliquam personam, et
de quo in instrumento apparet fore aliquid datum, et consigna-
tum, et in quo nullus appareat, ut de uidetur dominus, nec
simplex confessio sine consignacione, et in quo non appareat fide-
iussio aliqua, nec pena, cum sine hiis euidenter apparet
pura confidencia, que in uero deposito requiritur inter
deponentem, et depositarium, nec propter hec mutatur uerum de-
positum si in instrumento, uel alia scriptura loquitur de uero deposito

apparear obligato super bonis dei depositarii. Et in tali et super tali deposito habeatur cognitio consueta dierum, quod possit ipse deponens ipsum instrumentum depositi in iudicio presentare etiam non citata ut parte producere, et ipsum facere legi, ipsoque lecto debeat nuncius ad notificandum depositario quod sit in concordio cum deponente infra tertiam diem, a die notificationis computando, et illo elapso, aliter sit nuncius ad acciprendum de bonis depositarii transactis dictis tribus diebus. Omnia autem alia instrumenta loquentia, et continentia depositum aliter quam superius dictum est dicimus vel quod contineat confessionem depositi sine consignatione presenti vel dominum vel fideiussorem, aut penam, vel si fiat apud plures personas declaramus fore instrumenta et debita simulata, et potius censeri de mutuo quam de deposito, et non habeant privilegia veri depositi, et contra illa procedatur sicut in aliis ~~instrumentis in quibus si contineat convictionem~~. In quibus si contineatur convictionem procedatur sicut in aliis instrumentis convictionum. 2

~~De sententiis diffinitivis proferendis coram d. p. vel eius vicario.~~

Item Constituimus et ordinamus quod omnes cause possint ventillari coram [?] vicarii domini p. cuiuscumque conditionis existant ac etiam possint finiri et terminari, et diffinitive sententie ferri, coram persona ipsius vicarii d. p. exceptis sententiis diffinitivis, super statu libertatis, servitutis et feudorum que sententie dumtaxat coram ipso domino proferantur, nisi sententias diffinitivas super causa statuti proferendas, d. p. propter aliquas occupationes quas ipse sentiebat vel asserat se habere vicario suo specialiter et expresse duxerit committendas.

[illegible] [illegible]

+

hec statuta videtur revocata

hec potest addi, ac statuto infra sine posita et sententias suas futuras non proferendo.

Et alia gratia de salario restituendarum infra posita.

De Appellacionibus, Et in quibus casibus Appellari non liceat

Om. et or. quod a sentencia lata in causis vertentibus coram
domino p. vel eius vicario super summa quinquaginta librarum
vel ab inde infra seu quod rei extimacionis L. librarum vel ab inde
infra nullatenus audiatur appellans neque actiones de nullitate
contra sentenciam execucioni [illegible] demandetur. Item ab interlocutoriis latis
vel gravaminibus, cum diffinitivam sentenciam illatis nullatenus quis
audiatur appellans, nisi esset talis interlocutoria vel tale grava
men quod pareret preiudicium negocio principali, vel [et ulterius pareret preiudicium negocio principali]
non stetur quod constancie declaracioni. Et si quidem declaratum
fuerit eadem appellacio procedere, ex eo quod pariat preiudicium cause
principali, tunc super [illegible] debeat in processu cause principa
lis donec Appellacionis causa fuerit expedite determinata. A
sentenciis non diffinitivis latis super summam summam maiorem
quinquaginta librarum vel rem maioris extimacionis, licitum sit
cuicumque appellare. Dummodo non sit talis causa in qua pro
cedi debeat ex forma Constitucionis, summarie simpliciter et de
plano sine strepitu et figura iudicii, vel sit causa talis.

qua petunt dotes, vel recipiunt, et etiam si petuntur et
a dorgmagapi, dismontadure et contra pacta, vel causa ex
forcy, vel ea que tangunt instrum. Convictoris seu contra vel
condependencia ex partis vel ipsi aliquo, in quibus omnibus in
latonus reus principalis audiatur appellans, vel de nullitate
agere volens. Et hoc habeat locum in causis pendentibus
et presentis

De Appellationibus infra quindecim dies corrigendis, claudendis et sigillandis et in Colloquio presentandis.

Item constituimus et ordinamus quod super Appellationibus admissis primas
coram quocumque iudice. Caput vel castaldione Appellas
teneatur et debeat formam corrigi facere et sigillari infra xv.
dies computandos a die interpositionis dicte appellacionis admis-
se, alias elapsis dictis xv. diebus nisi correcta et sigil-
lata fuerit cessante impedimento legiptimo Appellacio censetur
esse deserta. Quam quidem Appellacionem sic correctam et
sigillatam teneatur appellans cum omni diligencia et

solicitudine prosequi et producere in primo Colloquio fi-
endo post dictam appellacionem interpositam. Et si in dicto primo
Colloquio non fuerit dicta Appellacio terminata, tunc teneatur
appellans in aliis sequentibus Colloquiis statim predictam adhi-
bere dilligenciam et solicitudinem in portacione et prosecucione
dicte appellacionis. Alioquin intelligatur dicta Appellacio deserta; et hec ex-
habeat locum in pendentibus eius.

De modo servando ut Appellaciones cito corrigantur claudantur
et sigillentur.

Item quia propter Negligenciam et inerciam parcium et
Correctorum Appellaciones retardantur et dilatantur
quominus corrigantur et sigillentur infra tempus debitum a
Idcirco Const. et or. quod interposita appellacione teneatur ap-
pellans statim ibidem in iudicio facere statui terminum sibi ad
revertendum ad tertiam diem sequentem inclusa die quo statutus est
terminus, ad videndum corrigi, claudi et sigillari dictam
Appellacionem interpositam. Quo termino adveniente si pars

contra quam est appellatum comparuerit in dicto termino et
pars appellans non comparuerit ipso iure sit cassa et deserta
intelligatur dicta appellacio, nisi constet legitime de ter-
mino et hoc in iustissimum impedimentum intervenerit
legitime et sufficienter probatum et per eam in contradictorio
iudice iustificatum, quo casu non intelligatur deserta ap-
pellacio racione illius contumacie. Si vero pars appellans com-
paruerit in termino ut permittitur trium dierum, et pars
contra quam appellatum est non comparuerit, tunc appellacio
producta per appellantem ibidem in medio legatur, et legi-
time, et lecta et legitima ibidem claudatur et sigil-
letur, salvo iustissimo impedimento occurrente parti non comp-
arenti probando et iustificando ut supra, quod impedimentum per
allegantem illud probetur infra tres dies connumerandos
a die dicte allegacionis inclusive. Si vero utraque pars com-
paruerit in dicto termino, tunc legatur ibidem dicta appellacio
et si fuerint partes concordes quod dicta appellacio bene et
debito modo sit scripta, sicut factum se habuit, eo statim

claudetur et sigilletur. Ubi autem concordes non fu
erint dicte partes de tenore appellacionis predicte, tunc dicte (Ista est correcta per sequentes)
partes eligant unum correctorem, si de aliquo poss
int concordari, qui sic electus infra sex dies, incluso die
precepti dictam appellacionem debeat correxisse, sub pena
quinquaginta solidorum dicte comuni aplicande sine aliqua remissione.
Et si non possint concordari de uno solo tunc quelibet
pars teneatur sibi eligere unum, et ibidem unus dictorum
per dictum non suspectum alium per eum, et suspectionis
allegata, et per eamdem iustificata in casu quo aliquis re
cusaretur suspectus. Quibus correctoribus electis ibidem in conti
nenti ad instanciam partis appellantis statuatur utrique parti terminus
trium dierum incluso die precepti sibi facti, et per ad certum
locum et ad certam horam diei, ad quem terminum et statutum
quem locum et horam dictum dixerit eligendos. Deb
eant ambe partes suos correctores producere per appellacionem cor
rigenda. Et si aliqua parcium suum non produxerit corr
ectorem in dictis termino loco et hora cadat in penam

.xl. den. aplicandam parti que suum produxerit core-
ctorem. Et nichilominus teneatur ambe partes in tercia die
sequenti inclusiue mensis. loco et hora in primo termino or-
dinans suos correctores producere. Et si aliqua per eum
tunc non produxerit suum correctorem cadat in penam
.xl. den. aplicandam mensis. Et nichilominus ambe partes tene-
antur et debeant termino suos producere correctores, et conuocare
et producere tercium correctorem datum per dominum, qui omnes
conueniant in tercio die proxime sequenti die inclusiue, mensis, loco
et hora dicenda in primo termino statuto per dicta appellacione
corrigenda que appellacio corrigatur per correctorem vel co-
rectores qui ibidem fuerint presentes. Et dicta appellacio
sic correcta per correctorem signatur per eorum correcta, et
quod possit claudi et sigillari omnibus aliis cauillacionibus
et oppocicionibus reiectis. Et teneatur tercius corrector datus
per dominum in dicto termino ad requisicionem partium adesse in loco
deputato ad corrigendum dictam appellacionem simili pena ax
die mercede domino aplicande sine aliqua remissione, precio
deputato sibi conueniente salario per dominum ab utraque parte

soluendo s[ecundu]m qualitatem facti. Ubi aut aliqua p[ri]us incid[er]it in aliquam penam ex sup[ra]dictis penis, nisi soluat p[re]dictam penam aliq[ui]d p[er]ti non audiat[ur] cum correctore suo s[ed] habeatur p[ro]inde ac si adhuc non p[ro]duxisset suu[m] corr[e]ctorem. Et p[re]s[en]s Constitutio vendicet sibi locum etia[m] in appellacionibus que concedunt[ur] p[er] p[re]tores obtentis et h[abe]re habeant locum eciam in eius pendentib[us].

De Correctore unico elligendo sup[er] Appellacionib[us] corrigendis.

Constitucionem p[re]x precedentem ab illo verbo. scil[icet] ubi autem concordes non fuerint dicte p[ar]tes usq[ue] ad finem dic[t]e constitut[ionis] Corrigentes. Cassantes, et Renouantes. Con. et ord. q[uod] ubi de tenore appellac[ionis] p[ro]ducte in scriptis in ind[icio] p[ar]tes concordes non fuerint teneant[ur] ibidem dicte p[ar]tes statim unum elligere correctorem, et de uno tantum Correctore concordare si concordare possunt. Si autem dicte p[ar]tes de uno tantum Correctore non concordauerint, uel concordare no[n] possent

Constitucio sup[er] [correctore] appellacionum.

Quicumque vicarius vel Officialis recedat a iudicio, tunc
Notarius qui scribit in causa solus deputetur pro correctore
et intelligatur deputatus et electus communiter ab utraque parte
pro correctore. Qui corrector tunc communiter electus, sive Notarius
deputatus noster, teneatur et debeat infra sex dies a die
appellacionis producte in scriptis in iudicio et illo die non in-
cluso, dictam Appellacionem correxisse, sub pena [illegible]
Camere aplicande, absque aliqua remissione. Et Appellacio
per dictum communiter electum vel Notarium deputatum nostrum cor-
recta habeatur pro legitime correcta, et possit omnino claudi
et sigillari omnibus aliis opposicionibus et cavillacionibus que
conceduntur per procuratores obtentas.

De Appellacionibus terminandis per Colloquium, seu consilium
Colloquii.

Quia ut plurimum Appellaciones interposite ad generale colloquium
propter varia et ardua negocia principaliter proposita in Co-
lloquio et expedienda plus debito prorogantur et fere
numquam expediuntur, ideirco ut lites dirimantur. Con-

et Ordinamus quod si appellacio aliqua fuerit interposita ad
generale Cologuium, et Cologuium deputauit, et consensit
per Consilium Cologuii, et prudentes conuocandi dictas
Appellaciones determinet, Dominus Rex. D. P. et consiliarii communiter
cum expertos, et prudos viros prout sibi videbitur eis ex
pedire pro dictis Appellacionibus expediendis, et quicquid deter
minatum fuerit per consiliarios conuocatos, vel maiorem partem
eorum ipsorum, habeat tantam firmitatem, quantam haberet
si per dictum Cologuium fuisset specialiter determinatum. Et
hoc habeat locum eciam in casis pendentibus

Cum prosecucionibus Appellacionum in parlamentis et consiliis

Or. et Or. quod Appellantes teneantur eorum prosequi app
ellaciones in primo Cologuio futuro fiendo, post interposiciones
et correctionem ipsarum, et si contingat ipsum Cologuium
appellaciones ipsas remittere ad consilium, tunc teneantur ap
pellaciones illas prosequi in illo consilio tantum quod immediate
sequitur ipsum Cologuium, et omnibus diebus quibus durabit

dem Consilium. Et si die illa qua vel quibus fuerit con
silium illud celebratum et continuatum, non fuerint app
ellaciones decise et determinate, non teneantur appellan
tes eas prosequi in aliis Consiliis extraordinariis, sed solum
in alio Colloquio immediate sequente, et in eius consilio
proxime subsecuturo. Teneantur etiam prefati appellantes in prosecu
cione suarum appellacionum prefatum ordinem observare, donec
dicte appellaciones fuerint decise et determinate. Si autem
prefati appellantes fuerint negligentes in prosequendo earum
appellaciones ordine, tempore, modo et diligencia predictis,
exnunc intelligantur et reputentur eorum appellaciones casse et
deserte. 2

Ex protectionibus. Rubrica.

Item et ordinatum quod si aliquis posuerit se in protectionem domini
debeat dictam protectionem intimasse domino vel cui eam commi
serit generaliter vel specialiter infra tres dies computandos a
die interposite protectionis inclusive, qua protectio intimata tene
atur infra (x) dies sequentes dictam protectionem prosequi.

Et si de iustificatione protectionis aliqua questio inter partes
orieretur / tunc stetur processu facto per Notarium. Et si aliqua
persona nollet allegare / quod esset aliter / vel plus / vel minus
factum / quam actum et examinatum in iudicio / tunc per dominum vel alium
cui commiserit statuatur ei terminus ad probandum contra illa quam
arbitrio suo / Cum si defecerit in probatione cadat in penam
Lxxv marche denariorum / Medietas cuius applicetur Curie / et alia
medietas parti lese / Et hoc habeat locum etiam in pende
ntibus causis

Et terminus trium dierum super protectione putanda / computa
dos a die facte tensionis. Rubrica.

Constitucionem premissam supra posite / sub Rubrica de protectoribus addi
tes illam quasi declarantes / Con. et. or. quod illi tres dies
statuti pro termino ad putandum protectionem non currant / nec
incipiant currere / nisi ab illa die / qua Curia vel Officialis
fecerit seu dederit responsionem super protectione / an eam ad
mittat / vel non / seu videat illam nec admittere nec reycere
et illo die non elapso.

a ost.

De prosecutione protectionis et expensis reficiendis per protectorem perdentem.

Item constituimus et ordinamus quod si aliquis posuerit se in protectione in aliqua causa teneatur et debeat ipsam protectionem prosequi et finivisse, adeo quod super ipsa protectione sit pronunciatum per dominum potestatem vel eius curiam infra xl dies computandos a die remissionis facte per vicarium vel officialem coram quo fuit interposita dicta protectio, utrum ipsam protectionem admittat vel non, et illo die non incluso, salvo iusto impedimento auditoris, cui de dicto eius impedimento credatur. Quo casu tantum temporis restituatur parti dictam protectionem prosequenti quantum tempus steterit impeditus. Et nisi fuerit infra dictum tempus lata sententia super ipsa protectione habeatur pro nulla et pro non interposita, et proinde procedatur in causa principali ac si nunquam fuisset posita in protectionem. Et si pars que se posuit in protectione succubuerit in ipsa protectione, teneatur et debeat reficere omnes expensas factas in predicta protectione, taxandas per iudicem dicte protectionis, quibus non solutis non audiatur agendo vel deffendendo pars que se in protectione posuerit.

nova constitutio

De executione instrumentorum [?]

Constitutum, et cetera. quod cum expediens fuerit de bonis de
bitoris satisfieri creditoribus, ut puta quod debitor fuerit
confessus in iudicio parte presente id quod petitum est, vel quod
aliquis fuerit condempnatus vel convictus ad aliquid solvendum
dandum restituendum, seu faciendum, primo capiantur bona
mobilia debitoris si extant, alioquin si non extant facta
primo relatione per preconem se non posse invenire de bonis
mobilibus debitoris tot quot sufficiant ad solutionem debiti
procedatur ad executionem faciendam de bonis immobilibus
debitoris, deinde que proveniat ad nova debitorum, possitque et
debeat nuncius seu preco et executor. Cum primo vice qua
vadit ad capiendum seu accipiendum pro pignore de
bonis debitoris accipere unum pignus tale quale sibi dederit
debitor, si placet debitori dare pignus. Alioquin dictus
preco ex officio suo capiat aliquale pignus, quo pignore
vendito, dictus preco possit tot bona mobilia debitoris si
extant, et illa licite potest capere, et accipere, que verisimiliter
ascendere possit ad integram satisfactionem debiti. 2

E[t] proferice bonorum immobilium seu stabilium vendendorum
ad incantum fienda debitorum per cedulam.

hic addicio huius constitucionis
infra huius libri ...
... de proferencia per cedulam
... in fine ...

Or. et or. quod nulla proferencia aliquorum bonorum immobilium
seu stabilium possit fieri nisi per cedulam in qua cedula cre
ditor volens facere vendi teneatur eciam et debeat bona
fide facere scribi bona vendenda, et fructus qui ex ipsis per
cipiuntur et onera alia si qua incumbunt illis bonis, cum
manutencione contra quem venduntur, et siquidem debitor
non contradixerit in dictis fructibus vel oneribus // contentis
in dicta cedula incantatur et deliuratur. et tunc licet plus
vel minus valerent per eos vel eciam forent plus vel mi
nus onerata, intelligantur et habeantur pro legiptime vend
itis et deliuratis, et debitor teneatur illa manutenere
secundum et prout in cedula proferencie ei facte continetur
Et si debitor vel ille contra quem bona venduntur vend
it ante deliuracionem volens addere vel minuere fructus seu
onera contenta in cedula predicta admittatur, et tunc incan
tentur et deliurentur secundum eius declaracionem, diebus
precedentibus deliuracionem predictam quibus fuerit bona

// tunc bona illa possint cum fructibus
seu oneribus //

Incantata computatis, et romanentibus in numero trium septem dierum, quibus incantacte debet fieri pro foro nostro et vendicio illius et contrahent, et aliter preter predictam formam factam non valeant, Et habeant locum etiam in causis pendentibus

Et vendicione bonorum immobilium seu stabilium venditorum ad incantu.

Item. et or. quod qui aliqua bona imobilia seu stabilia aut affictus, livella, vel obventiones, seu nomina debitorum vendere valeant, vel vendenda sint ad incantum, Ad petitionem alicuius, quod dicta bona debeant incantari infra terminos trium septem dierum pro quolibet termino, tunc quod transactis dictis tribus terminis possit, et debeat preco sine aliqua notificatione fienda illi contra quem venduntur deliberare bona plus offerenti die proxima immediate post dictos tres septem dies sequenti sive feriata fuerit sive non, Et si illa die dicta bona non fuerint vendita, tunc non possint vendi, nisi primo per cedulam notificatum fuerit illi, contra quem venduntur et hinc statuat terminus dies, ad quam vendi voluerit ille ad cuius petitionem venduntur ad minus quattuor dies

Hec preditur quod bona non vendantur ad incantum nisi certa ... officiali

bona alias pferta. Et tunc dcā incantacō, et vendicō
possit fieri sine aliqua dsepteṃ dierum notificacōe, Et
talis vendicō hoc m̄ facta, habeat roboris firmitatem
et hec habeant locum in bonis que non sunt p pignore mo
bili obligata. In quib; bonis p pignōe mobili obligat
fiat̄ modis ab antiquo consuet, et habeat locum in
pendentib; cāus incantatis.

Et pigniorib; singulis diebus eciam feriatis pferendis
incantandis, et deliberandis.

addi. Constitucōem supra precedentem declarantes, et illi adde | Sui cum inserit in predi.
tes Constituimus, et or. q omnia bona mobilia, et im
mobilia et nōia debitorum possint et valeant pferri
incantari et deliberari singulis diebus anni eciam si dies sit
feriatus, incantacōis et deliberacōis, sint feriata

Et bonis ad incantum vendendis pferendis illis et
contra illos qui sunt ex pactum.

nova const. Consti. et or. q si quis voluerit facere pferri aliqua
bona mobilia, vel mobilia, sine sint obligata p pignore

vel nobili sive non, alium extra patriam existenti, in loco no
to vel ignoto, quod teneatur publicam proclamacionem factam in
platea loci ubi ius redditur proferre ultra decem
dies. Qua profferitione facta ut dictum est ultra ter decem dies
sta possint vendi ipsa pignora, quemadmodum vendi po
ssent et venderentur si essent profferta ultra ter septem dies
secundum formam alterius constitucionis. Et illum declaramus
esse extra patriam qui non est vel non residet sub dominio et
iurisdictione Ecclesie Aquilegensis et domini patrie.

De bonis incantatis vendendis et deliberandis in loco
ubi primo fuerint incantata, et pena creditoris hoc prohi
bentis.

Item et ordinamus quod si aliqua bona fuerint incantata secundum for
mam proximam constitucionis precedentis, et die qua dicta bona de
beant deliberari non fuerint per preconem dicta die deliberata
propter inhibicionem sibi factam per creditorem de qua inhibicione
fecerit relacionem preconis, et contingat postea ad voluntatem
creditoris vocato ad aliam diem dicta bona vendi et deliberari.

+ hic additur [illegible]
+ hic declaratur [illegible]

quod dicta vendicio et deliuracio alibi nec in aliquo alio loco possint fieri nisi in loco ubi primo fuerint incantata. Et si in secunda incantacione vel alia seu aliis incantacionibus bona talia incantata fuerint deliurata pro minori precio quam potuerint deliurari et vendi in prima vice vel alio seu aliis sequentibus quos et quibus fuerint incantata quod illud minus cadat in dampnum creditoris cuius causa et occasione dicta bona sunt minori precio vendita et deliurata. Et inter fuerunt dicta bona fuerint vendita contra ad dampnum creditoris pro tanto precio quantum primo fieri potuit. Et hec constitucio locum habeat in pendentibus causis et in causis

De bonis mobilibus excedentibus summam .L. librarum non vendendis ad incantum et proferendis debitori per cedulam

Item et est quod nulla profferio aliquorum bonorum mobilium excedencium valorem et extimacionem quinquaginta librarum denariorum parvorum possit fieri nisi per cedulam continentem bona vendenda et diem qua debeant deliurari. Et vendi profferico aut et vendicio aliter facta non valeat in bonis vero minoris valoris .L. librarum denariorum parvorum sufficiat profferico et vendicio

facte sedm modum actenus consuetum.

De bonis non deliberatis incantatis et non incantandis ad incantum nomine absentis

On. et ord. quod si aliqua bona non venduntur incantata, nec deliberantur illa die qua fuerint incantanda et deliberanda, et aliquis supponerit precium aliquod pro dictis bonis, seu dicta bona pro aliquo precio incantaverit libere et absolute sit, a dicto incantu ille qui supposuerit sive incantaverit, si quod postea illa die sibi non fuerint deliberata. Et quod nullus preco possit aliqua bona incantare ad postam aut petitionem vel instantiam alicuius absentis. Et omnes emptores vel incantatores volentes aliqua bona vendenda ad incantum teneantur personaliter esse presentes. Aliter emptiones et venditiones facte ad incantum non teneant ipso facto, et nichilominus preco qui contrafecerit nomine pene solvat amarcham unam vel octo diebus detineatur in carceribus. Et hec habeat locum etiam in ponderibus incantatis.

De debitoribus contra quos bona aliqua sunt vendita compellendis ad constituendum seu dandum se vel alios manutentores

Item. et or. quod quicumque qui teneatur bona aliqua manutenere aut se constituere manutentorem emptoribus ementibus ad incantum, sive sit principalis debitor sive sit manutentor alius ex obligatione speciali sive bona sint vendita ad incantum per executionem sive aut ex commissione seu obligatione speciali seu alio quocumque modo. Si per cedulam citatus ad constituendum se manutentorem ut praedicitur fuerit inventus et non comparuerit in primo termino, cadat in penam .xl. den. domino applicandorum. Et tunc si iterato citetur ad constituendum se manutentorem ut praedictum est, sive recipiat ipse personaliter sive non dimissa tunc, cum non reperiatur personaliter, cedula ad locum sive ad domum sue solite habitationis aut domicilii et proclamatione ibi per preconem facta de dimissione cedule, tunc teneatur talis sic citatus comparere loco ad negandum vel confitendum se manutentorem constituere debere vel non. Et si in secundo termino non comparuerit reputetur pro manutentore quemadmodum si presens fuisset et sic voluntarie manutentorem constituisset. Et sic si in neutro dat.

Si debet vel non debere ... ad constituendum se manutentorem

Citatus primo termino ad constituendum se manutentorem si non compareat cadit in penam .xl. den. et est secundo citandus ad domum cum proclamatione

Et citatus primo vel secundo personaliter et secundo ad domum cedula et proclamatione non comparuerit pro manutentore reputetur.

Citacionum fuerit reptus, et citatus pluries, tunc tercio cite
tur p cedulam in forma secundi termini predicti, et
si in illo tercio termino non compareat habeatur, et reputetur
pro manutentore, quemadmodum si ipse fuisset et se volunta
rie manutentorem constituisset, Postque predicta sic pacta
teneatur et compellatur elapsis primis .x. diebus limitatis
ad luendum pignora et tres dies proxime sequentes non
computata die qua manutentor constituitur, ut recipiatur
emptor bonorum venditorum ad incantum dare precium pro
quo emit illi vel illis ad quorum instanciam vendita fuerint dicta
bona nisi aliquis appareret medium contradictor de vendicione
quo casu procedatur secundum formam Constitucionis proxime inserte
precedentis, que incipit. Con. et ordinamus quod si qua persona
sub pena trium denariorum per quorum medietas partiali curie applicetur
alia medietas alteri parti, Et quod dominus primo teneatur
exigere partem aplicandam parti quorum suam, Et hec habeat locum
in pendentibus causis, et incantis

Cap. de Manutentoribus recipiendis nomine emptorum absencium.

Dn. et ordinamus qd dns patha, vel eius vicarius
possit, et valeat noie, et vice emptoris ementis, seu emp
torum ementium bona ad incantum recipe mantentores, et
eorum obligacoes etiam absentibus dictis emptoribus
et pdca valeant quemadmodum emptor, seu emptores fu
issent, vel fuissent presentes, vel pns et plit recepisset vel recipi
ssent mantentores, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus
in contrarium observatis.

De emptoribus ementibus bona ad incantum compellendis
ad pretii solucoem

nova const.

Dn. et or, qd emens bona ad incantum, si inmobilia trans
factis decem diebus, si mobilia, transactis quinque diebus,
teneatur solvere precium, dato mantentore sibi, vel dno in
cuius quo. dare tenetur, qd nisi solverit fra fide de debitur
acoe teneatur ipe officialis sibi incium dare, ad accipiendum
de bonis eius, et possint vendi bona stabilia, ac si erant
mobilia, et si non solverit post qd num suum pignus fuerit re
ditum, cadat in penam .xxv. librarum

De hys qui p contradictionem impedire nituntur bona aliquor vendi ad incantum. Et executores dominar.

Ista constitutio concordat cum sequenti constitutione

Om. et. ex. q si qua p. p dominam commissa contra quam fit executio sive in bonis suis, et executioni predicte contradicere velit, vel facit intelligi, audiatur, et admittatur ad contradicendum, dummodo primo prestet sacramentum, q non contradicit p malitiam, et prestet fideiussorem in casu quo in contradictionis casu succubuerit de solvendo libr quinquaginta, et expensis, ita tamen q sua contradictione non obstante procedatur ad venditionem dictor bonorum, Qua venditione facta statim ille contra quem bona venduntur jncutur possessione dictorum bonorum, et applicetur illi cui facta fuerit venditio, sed teneatur ipse contradictor i. quindecim dies peremptorie continuandos, a die quo fuerit cedula impetrata sup contradictione predicta, omnia sua jura produxisse, et probasse quicquid voluerit, q si infra dictum terminum contradictor non obtinuerit in dicta causa contradictionis puniatur in libr quinquaginta Cuius medietas applicetur domino, contra quo quo fuerit ventilata, et alia parti, et venditio dictor bonorum sit firma, et rata permaneat, Si vero non obtinuerit in causa contradictionis, tunc revocetur venditio, et emptor dictor bonorum adiciatur

non teneatur precium solvere nisi prius fuit causa contradicionis finita et terminata. Et si non contradictor appareat aliquis quod ille cuius bona venduntur ad incantum, asserens et pretendens se habere aliquod ius contra dicta bona, que vendi fuerunt ad incantum, teneatur et debeat dictus contradictor facere citari partem, que facit vendere, quod compareat in spacio decem dierum, inclusio die cedule impetrate, qua presentacione facta dicte cedule, statim sit suspensa vendicio et adveniente dicto termino, si comparuerit contradictor, non audiatur, nisi prius prestet in manu sacramentum, quod non facit pro aliquam, et quod non facit ad instanciam debitoris, nec aliunde, pro et prestet caucionem cum fideiussoribus, excepto quando evidenter certum quod non possit invenire fideiussores, quo casu prestet iuratoriam caucionem de solvendo expensas parti et de solvendo libras viginti quinque, quarum medietas applicetur domino, alia altera parti in casu quo dictus contradictor non probavit cum legittima, quam contradicit, quo quidem sacramento prestito et fideiussoribus datis audiatur, ita tamen quod teneatur infra dies quadraginta connumerandos a die cedule impetrate super contradicione inclusive producere et probare quicquid producere et probare intendit.

hic addita est et infra decem dierum non probabit amplius non audiatur

Que pena comissa statim exigatur, cum ex pacto facte remota omni alia contradictione et convictione. Et quod statim detur sibi nuncius ad accipiendum de bonis principalis et hiis defficientibus de bonis fideiussorum. Addicentes quod quum domini prioribus suis velint contradictore que servata forma supradicta, habeant terminum duorum mensium computandorum, ut supra. Et si contingat contradictorem appellare, vel ponere se in protectione, et succubuerit in ea appellatione vel protectionis, si fuerit ille convictus contra quem bona venduntur solvat libras centum; si fuerit alius contradictor solvat libras quinquaginta applicandas [illegible], et habeat locum etiam in casibus presentibus, et quolibet.

Et pro bonis contradicentibus vendicionibus pignorum, non incidentibus in penam, si iustam causam habuerint contradicendi.

In rubrica precedenti in fine addicimus, quod si contradictor appareat alius quam ille, contra quem bona venduntur ad incantum, qui pretendat se habere aliquod ius in bonis que venduntur ad incantum, et in causa contradicionis succumbat, non tamen puniatur pena xxv librarum in constituto contenta

dum appareat ipm iustam cam habuisse contradicendi / Et
io non teneatur qr probabilit ignorare poterit iura eius
ad cuius petitionem vendebantur / et utrum iura sua prefferentur
aliis, ad cuius petitionem bona vendebantur.

De hiis qui contradicunt venditionibus ad incantum, bona
per eos ex conventione obligatorum

On. et or. qd contradicens venditioni pignoris / seu rei per
ipm pignorate / seu ypotecate / que fit ad incantum / ex
nova gfit. pacto / vel conventione / non pro executione dampni si in eo fuerit
contradicens cadat in penam .xxv. libr quominus medietas
applicetur parti et medietas dnio / et teneatur iure et securi
tatem prestare / sicut continetur in constitutione sub rubrica de hiis
qui per contradictionem impedire nituntur.

De hiis qui designant pignora ad incantum venden
da pro executione debiti vel dampni

On. et or. qd si aliquis designavit aliqua animalia vel ali
qua bona mobilia pro eo et pro pignore ab eo petito pro
executione alicuius sine / aut designavit alicui de dictis.

bonis a Mobilibus quod pignore conuenccionali tunc te
neatur dictus dessignans dicta animalia, uel alia bona
mobilia pro pignore mobili consignata tradere in manibus
preconis, uel eius cui premisit taliter quod dictum pignus po
ssit uendi vacaabiliter illa die qua dictum uel conuentum fuerat
de pignore vendendo, uel die ad quam fuit prorogatum. Et
si fuerit dominum, uel Bladum dessignantum pro pignore suffi
ciat dare monstram dicti domini uel Bladi ad vendendum.
Et si dicta pignora designata, tradita non fuerint, ut dictum
est, cadat debitor, uel ille qui designauerit in penam
unius Marche, cuius medietas pertineat, alia medietas aplicetur
Curie. Et si dicta pignora fuerint designata, et illa pig
nora uendita non sufficiant ad solucionem eius quod ad
vendunt, tunc teneatur assignare pignus complementi ad re
quisicionem partis uel preconis iuxta formam aliam constituti
et teneatur ad diem sibi prefixum pignoris tradere ad
vendendum, sub dicta pena. Quibus pignoribus vendicionis
vacabiliter ad incantum teneatur ipse comparator quem sunt ven
dita requisitus dare, et libere consignare, taliter quod possit
pro sua voluntate recipere, et exportare illud quod penes.

se sit venditum illi qui emit statim post quinque dies a die venditi pignoris exclusive, sub dicta pena, et infra dictum predictum emptor precium solvere non teneatur, et pignus remaneat periculo ipsius, qui ipsum penes se habet. Et predicta habeant locum etiam quando preco exequens eius officium aliquod pignus sine designatione vel dactione acceperit. Et hec habeant locum etiam in pendentibus causis.

De pignoribus vendendis ad incantum luendis, et exigendis valentibus ultra x. vel .l. s. dictos.

Item et ordinamus quod si aliqua bona immobilia fuerint vendita ad incantum quod licitum sit illi contra quem vendita fuit infra spatium decem dierum recuperare luere, et exigere dicta bona vendita, solvendo illud seu tantum quantum fuerit vendita cum omnibus expensis factis illi qui vendi fecit si emptor sibi precium non solverit. Et si emptor solverit precium creditori tunc volens recuperare dicta bona vendita ad incantum dare teneatur precium predictum emptori, et quicquid ipse emptor expendiderit occasione dicte emptionis. Si non fuerint bona mobilia vendita ad incantum tunc ille contra quem vendita fuerint possit illa recuperare, seu exigere infra .v. dies.

tos solvendo precium cum expensis facienti vendere vel emptori statim restitucionem pro dam, ad precium autem solvendum non possit compelli emptor bonorum inmobilium infra duos decem dies, nec emptor bonorum mobilium infra .V. nec faciens vendi teneatur infra duos decem dies emptori dari guarentor, et facta recuperacione bonorum mobilium vel inmobilium, ut premittitur, vendicio et empcio sint ca sse et pro modum habeantur ac si pro hunc non fuissent vend ite ad incantum. Et hoc habeat locum etiam in presenti bus vendicionibus ad incantum non dum tum deliuratis

¶ De vendicionibus pignorum valentibus fieri per precones dum publice.

Item statuit et ordinat quod precones et nuncii iurati Curie dominii P. possint et valeant quecumque pignora mobilia et in mobilia incantanda, vendenda et racionabiliter deliuranda, pro execucione sentenciarum latarum coram D. P. vel eius vicario vel alio ex commissione predictorum incantare, vendere et racionabiliter deliurare, quemadmodum alii precones consuetum incantare vendereque consueverunt temporibus retroactis.

De commissionibus vendicionum valentibus fieri per precones vicissim.

Item et or(dinatum) quod omnes precones de parti ferrulli possint vicissim unus alteri committere bona vendenda incantari, et incantata deliurari sicut hactenus potuerunt. Ita tamen quod ille cui commissio facta est alteri eam non valeat committere. Et tales incantaciones, vendiciones et irrevocabiles deliuraciones valeant et robur obtineant sicut ipse committens ea personaliter incantasset vendidisset et irrevocabiliter deliurasset.

De creditoribus non valentibus emere res quas faciunt bona que ipsi met vendere faciunt ad incantum.

Item et or. quod nullus creditor emat res per se vel per alium publice vel occulte quas faciat bona mobilia vel immobilia que vendi faciat ad incantum, et qui contrafecerit vendicio et empcio non valeant. Et nichilominus cadat in penam quinquaginta librarum applicandarum domino cuius interest fit vendicio vel domino cuius subest ille contra quem fit vendicio. Et ut fraudibus circha hec committi possent obviaretur — Ita correctum in mercato in sequenti.

A

quo post remedio obviet. Constitu[imus] quod Nulli emeti bona inmobilia ad incantum, docere Nuncius ad incendendum eum in tenutam et possessionem bonorum sic emptorum, nisi primo p[re]stet sacramentum quod non emerit ad p[re]cio uel r[e]q[ui]sitionem creditoris vendere facientis eundem emptorem ipse uel interpositam personam rogantis uel requirentis. Et quod emptor bonorum mobilium et inmobilium que venduntur ad incantum aliquo tempore non possit dare cedere uel transferre uel alienare bona empta ad incantum per eum in Creditorem uel alium eius nomine; alienauit, censeatur ut quod empcio et vendicio ficticia, et nullius sit valoris, et Creditor teneatur ad dictam penam. Et habeat locum etiam in pendentibus causis et incantis.

recipientes que sit in prius creditore uel alius eius nomine

Constitucionem supra proxime situatam Addentes et in casu isto Corrigentes. Constituimus et ordinamus quod si die qua bona vendenda ad incantum debeant deliberari, non fuerit receptus, nec apparuerit aliquis qui

idem.

Quia bona emere noluerit.

dicta bona emere voluerit, tunc creditor vel ille ad cuius
instanciam bona venduntur possit et valeat comparere coram
domino, et proponere quo non potuit dictorum bonorum emptor re-
periri, et eo invante, quod non defecit pro illo ipso qui vendere
facit illa bona, quod alius dicta bona incantaret, nec in hoc
commisit aliquam fraudem vel dolum, et precone refferente
quod nullus incantavit illa bona dicta, possit et debeat
tunc per laudum et demandam sibi dari licencia extra possessio-
nem per cedulam debitorum contractam invecto pluries vel
semel tantum ad dominum sue solite habitacionis dimittendam
ad certam diem quam voluerit, ad videndum incantare
et deliberare ipsa bona, et eo die licitum sit ipsi ad cuius
instanciam ipsa bona incantantur illa bona incantare, et pro
se emere, sed isto casu si ipse ad cuius instanciam ipsa bona
incantabantur ipsa bona emerit, possit et valeat ipse debi-
tor illa bona recuperare, et exigere, pro precio quo de
liurata fuerint, usque ad spacium viginti dierum com-
putandorum a die facte dicte deliberacionis et illo
non incluso.

De relacionibus per precones fiendis.

Item et ex. quod omnes relaciones pignorum venditorum Cedularum preconizationum, expangarum affixarum, mandatorum et aliorum quorumcumque quorum occasione sunt faciende relaciones, per Precones fieri debeant infra sexaginta dies a die pignorum venditorum, Cedularum preconizationum expangarum affixarum, vel aliorum quorumlibet mandatorum factorum. Si vero dicte Rellaciones infra dictum tempus facte non fuerint per precones, ulterius non audiantur, nec fides eisdem adhibeatur nisi probato legitimo impedimento. Quod si allegetur utrum fuerit legitimum, per dominum assessorem discernatur. Precones vero infra predictum terminum sexaginta dierum teneantur dictas rellaciones facere. Et si quidem per eos requisitus cum competenti salario et tempore debito rellaciones facere neglexerit cadat in penam xl. denariorum Curie applicandam. Et habeat locum etiam in pendentibus Causis.

C. Sentencijs Exequendis p preconos.

Cum ut plurimum Execuciões Crimarium retardantur p defectum Preconum, qui in ipsis exequendis sunt desi des, et negligentes, et aliqui maliciose pt̃henteo. Con. et. Or. q̃ iudicium D. P. facta sibi fide p publicum instrum, ul notas, seu acta Crimĩe cause, de Crimĩe obtento in iudicio, et iudicio dato p laudum, et finam possit in iud, et ex abs aliqua alia Crimia ad instanciam cre ditoris illum iudicium, ul datum mutare, et loco eius alium subrogare, qui possit exequi, et face sicut poterat iudicium in iudicio obtentus, consuetudine, seu consti tucõe qualibet non obstante, Et habeat locum in pre dentibus, et prout iure exequendis.

C. preconibus fraudes comittentibus, et execucõeo, aut relacões ul debitum deferentibus.

Or. et ordinamus, q̃ si repertum, ul probatum fuit aliquem Preconem commisisse aliquam falsitatem, cuiuslibet

que spectant ad Officium suum, ipso iure, suo priuetur officio
Et in cathenis ponatur ad berlinam, ubi retineatur, et in
ancat (a) Mane usque ad vesperas. Si vero preco commiserit
aliquam fraudem, vel dolum super hys que ad suum offi
cium spectant cadat in penam arbitrio domini Marche dominorum ancon.
applicandam, et in maiorem vel minorem penam prout qua
litas sui excessus pro domanis astat dirimatur.

De hys qui vendiderunt seu obligauerunt aliquam
possessionem vel rem mobilem diuisim duabus vel plu
ribus personis.

Sta. et or. quod si qua persona vendiderit seu pignorauerit
specialiter et expresse vel obligauerit aliqua sua bona im
mobilia vel rem mobilem duabus personis aut pluribus
diuisim, non faciendo mentionem de prima obligatione seu
venditione, Si autem vendiderit rem immobilem conde
mpnetur in libr. L. Si autem rem mobilem in libr. xxv.
condempnetur, Eodem modo obligauerit vel pignorauerit rem
immobilem specialiter et expresse condempnetur in libr. xxv.

fraude rem Mobillem pignoravit condampnetur in
pena Marcha. Et nichilominus detineatur quousque dominum
plene satisfecerit tam primis quam secundis emptoribus et
creditoribus. Que omnia vendicent sibi locum si dictus
vendens vel obligans quod fecit non poterit mantenere et
habeat locum etiam in preteritis .,

Et postprioribus et quibus et contra quos ipso iure currit
vel non curreret prescripcio

Constituimus et ordinamus quod si quis steterit per spacium xv.
annorum continuorum et infra dictum tempus non peci
erit aliquo tempore sibi debitum in iudicio nec per nuncium
curie suum debitorem infra dictum tempus citando
ad iudicium interpellaverit seu super dicto debito infra dictum
tempus non compromiserit cum debitore curie ad
solucionem sibi faciendam eundem debitorem non requisi
uerit per ipsum nuncium impetratum et a domino datum quo
casu unica sufficiat citacio ipso iure privatus sit secundum con
suetudinem patrie per lapsum decem quindecim annorum omni
iure et credito que habebat vel habere videbatur contra illum.

Hic additur dum est fuit solutio, et donec placet

Hec constitutio bene est intelligenda, et in infrascriptis correcta

Quem asserebat suum esse debitorem. Item si quis p tempus
quindecim anor sine aliqua interruptoe pacifice et quie
te tenuit et possedit aliqua bona imobilia seu sta
bilia seu quasi possessidit aliquam rem incorporalem
ut puta aliqd ius percipiendi fenetu officii seu cuiuscu
alterius ann reditus aut servitutis consecutur dictor
bonor et quam verus dns et possessor legiptimus
et ipa bona et iura cont quacumq psonam legipte
pscripsisse salvo q pupillis furiosis et mente captis et
etiam alios minoribus xiiij annor masculis et feminis
minoribus duodecim ipo iure nulla temporis pscripcio cu
rrat toto tempore minoris etatis furoris vel dementie et
nisi maior parte temporis dcor xv annorum fuisset ab
sens a patria forojulii ille cont quem apponeret temp
oris pscripcio quo casu temporis prescripcio no currat pro
eo tempore tantum quo fuit absens cont eum no qui om
nino fuit absens a patria forojulii non currat pscripcio
xv anor Et notorium sit q ille qui vult appone pre
scripcoem alleget et pbet se possedisse pacifice et quie
te sine aliqua interruptoe p spacium viginti anor. It

Contentu autem dopoti seu doparo nulla tempore
as fistpeo apponat n. promdlect prei ecc. docm. dis
gyprior cont. pactorum et dismontaturam per quibus dotib.
moregiapys Cont. pactis et dismontaduris hec lo
cum constitucio sup hijs edita et hec heat locum ecia
in preteritis salvo iure ecc.

add.

Instrucor pruine pcedenti in fine constitucionis p. illa
illa salvo iure ecc. add. et Contrarium in quib. heat
locum pns Constitucio

De filijs et Nepotibus non valentibus vendere
n. obligare et alijs subiectis maiori de domo

Om. et or. q. nullus filius famil. seu nepotes habitantes
in domo nec nullus alius patrie potestati subditus
seu fres minores qui reguntur et gubernant p fres
Maiorem seu nepos qui gubnatur p patruum vel
Avunculum et gnaliter nullus inferior de domo qui
heat fratrem Maiorem qui Maior regat domum

possit Aliquid obligare aliqua rôe, nec aliquid
vendere sine consensu patris seu Maioris de domo
eius fris, vel maioris de domo, etiam in bonis corb,
sui, et maioris dm̃, nec p pane, nec p vino, vel bl
ado nec aliqua rôe, Et si Aliquis a talibus recep
it aliquam obligacoem, sive aliqd pignus sine con
sensu pdcor pignoravit, restituant suo Maiori, sine
aliqua solucoe prẽy, Et tales Obligacões et vend
iciones sint nulle, et inefficaces ipo iure, nisi ppi su
pdcti patrie potestati, vel prati Maioris de domo faci
ant pn̄ce, et continue facta domus, et domu gubnet
et sic agunt sicut quilibet maior domus. et sicut
quilz pr fa. facere consuetz e.

De Minoribz xxti annis non valentibz vendere obli
gare seu alienare.

Constituimus et ord. q Nullus Minor. xxti. annis q
p se regitur et nulli prati submissus possit nec

nec ostituc addendu e q si minor iurauit nõ valeat etc.

Valeat vendere alienare seu obligare aliqua sua bona immobilia nisi interveniat consensus duorum suorum proximorum discretorum qui proximiores simul et venditores esse debeant et teneantur nobiles vel venditores, et alie persone non subiecte alicui gastaldie coram d. p. ut eius vicario, alie vero coram gastaldione seu rectore illius loci sub quo residet esse teneatur. Et coram dictis rectoribus prius dicta vendicio seu obligacio fiat et perficiatur. Quod si contra istam formam aliqua fuerint per dictum armorem alienacio seu obligacio celebrata, ipsa alienacio seu obligacio nullius sit roboris atque firmitatis, immo ipso iure censeatur nulla. Et teneatur ipse in quem alienacio seu obligacio facta fuit contra predictam formam rem restituere sine restitucione precii per ipsum pro dicta alienacione seu pignoracione date.

De principalibus debitoribus et fideiussoribus quo et qualiter debeant conveniri per creditores et execucio fienda contra eos.

Instituimus, et Ordinamus iuris equitate suadente, quod
principalis debitor prius quam fideiussor a Creditore debeat
conveniri, et in bonis ipsius principalis primo de mobilibus
secundo de inmobilibus, secundum formam iuris, execucio fieri debet.
Quod si de bonis ipsius principalis non reperiantur tanta,
quod possit satisfactionem plenariam prebere Creditori, Salvum
ius eidem remaneat contra fideiussorem, Cum fideiussor
non intelligatur absolutus ex eo quod creditor convenerit
principalem, et non ipsum fideiussorem, vel ex eo quod Cred
itor usus fuerit cum bonis ipsius principalis, non requisito
ipso fideiussore, quibus bonis principalis debitoris deficienti
bus, possit Creditor convenire fideiussorem, Et ipso fideiussore
convicto fieri possit execucio in bonis ipsius fideiussoris ipso
dum usque ad quantitatem debiti declarati, Quod autem
dictum est habeat locum nisi ex instrumento appareat evidenter
quod sibi preiudicare noluerit fideiussor /. simul cum princip
ali debitore vel renunciando beneficio iuris dicentis de
bitorem principalem prius debere conveniri, quam fideiussorem
vel petitus et instancia debitoris constituendo se fideius
sorem, et principalem debitorem, in quibus casibus

/. alio quolibet modo se obligando ipso iure

ficitum sit Creditori convenire quem ex ipsis volu
erit non obstante quod fideiussor sit insolidum cum pri
cipale obligatus vel qui sic beneficio renunciavit, vel qui sic
ut premittitur precibus, et instancia debitoris se constitue
rit fideiussor, et principalem debitorem vellet assignare de
bonis principalis debitoris expeditis ipsi Creditori
quod animo teneatur ipsi Creditori integraliter satisfacere, Quod
autem supradictum est in casu in quo fideiussor se obligaverit cum
principali insolidum, vel renunciavit beneficio iure predicto, locum
sibi vendicet eciam in casu in quo, duo, vel plures se ob
ligent simul, et insolidum cum pro, ut creditor se tenere
possit ad quem voluerit, quod habeat locum quod in predictis.

¶ De debitis exigendis a principalibus, et aliis qui sunt
meri fideiussores.

Item et ordinatum quod ubicumque constet aliquos mere fideiussores
seu fideiussores, et fideiussorio nomine simpliciter obligatos
seu obligatum, Tunc Creditor agat primo contra pr
incipalem, et bona eorum, nisi in supra constitucio continetur

Et si creditor voluerit compellere vel artare fideiuss
ores seu fideiussorem ad eorum deffensiones faciendas
Tunc teneatur dictus creditor post lapsum primi termini
principali assignati, denunciare facere per cedulam
ipsis fideiussoribus seu fideiussori qualiter dictus creditor agit contra
principalem, et super debito in quo sunt ipsi fideiuss
ores vel fideiussor obligati, ipsos que seu ipsum amonere
et requirere ut veniat, seu veniant ad opponendum, alle
gandum, et proponendum omnes eorum deffensiones, quibus
debitori et se tueri possint, vel posset, contra creditorem, ad
quas excepciones seu deffensiones dicti fideiussores
seu fideiussor in quacumque parte litis audiantur (antequam pr
incipalis debitor sit convictus, post convictionem factam au
tem contra principalem debitorem, nullatenus audiantur
fideiussores seu fideiussor ad excepciones seu deffensiones
non probatas ante convictionem factam contra principale
debitorem, et convicto principali debitore intelliga
tur tales fideiussores, seu fideiussor esse convicti, et
sunt convicti, Execucio fiat tamen primo contra bona

a Mobilia et Immobilia principalis debitoris, quam
fideiussorum, seu fideiussoris. Quibus deficientibus
fiat executio in bonis fideiussorum, seu fideiussoris. Et
si non tales fideiussores seu fid. demostrare noluerint
seu demostraverint de bonis principal. debitoris, hec facere
possint, cum hoc quod si apperent contradictores dictorum bonorum
demostratorum, dicti fideiussores, seu fid. teneantur expedire
talia bona demostrata per eos, seu per eum in spacium .xx.ti di-
erum peremptorie, et tali modo quod Creditor ipsa bona de-
monstrata possit facere vendi ad incantum, Quibus exped-
itis teneatur Creditor tunc stari ipsis bonis, et quod ipso ter-
mino viginti dierum elapso, et dictis bonis demonstratis non
expeditis, fiat executio in bonis fideiussorum, seu fideiussoris
nulla exceptione, seu deffensione admissa, non obstante, Reser-
vata tamen exceptione peremptoria solutionis debiti de quo
agitur, propter quam tamen obiectionem, et exceptiones non imp-
ediatur executio dicte obtente per Creditorem. Et presens
Constitucio cum alia proxime precedenti habeat locum in omnibus

debitis exceptis dotalibus in quibus procedatur secundum conti-
nencias Constitucionum editarum super hys, et habeat locum
eciam in preteritis contractibus, et pendentibus causis, seu nondum
pendentibus.

De iuribus et Accionibus competentibus fideiussoribus
solventibus debita.

On. et or. quod quicumque fideiussores vel fideiussor satisfecerit
vel satisfecerint Creditoribus de toto debito vel de parte
ipsius vel alias dampnum vel interesse aliquod occasione fideiussionis
in qua sunt obligati substulerint vel substulerit, tunc dicti
fideiussores vel fideiussor habeant eadem privilegia et favores
et eadem iura procedere possint vel possit contra prin-
cipalem debitorem pro quo fuerint obligati et eius bona
et eciam contra possessores bonorum alienatorum vel obliga-
torum per ipsum debitorem post prestitam dictam fideiussio-
nem debiti de quo agitur, que privilegia et favores
habebat Creditor et quomodo procedere poterat ipse creditor
contra debitorem suum et eius bona rigore instrumenti debiti

Et Constitucionum proxime prescriptarum, de privilegiis fauoribus, et modis procedendi instrumentorum in fauore Creditorum, Et habent locum eciam in predictis.

Et confideiussoribus valentibus conuenire eorum confideiussores, qui integraliter uel ultra ratam ipsum contingentem solucionem fecerit Creditori.

Item et cetera. quod quando sunt plures fideiussores insolidum obligati uel qui ad instanciam alicuius debitoris constituerunt se fideiussores, et principales debitores, uel qui renunciauerunt beneficio iuris dicentis principalem debitorem debere primo conueniri, quod si fideiussores et creditor aliquem ipsorum fideiussorum conuenerit insolidum, et ipse fideiussor quitet insolidum, possit quiescere, et agere, et actionem cum illis priuilegiis, et fauoribus, et modo procedendi quibus uti poterit creditor contra principalem debitorem et ipsos fideiussores, habeat contra alios confideiussores sibi cum eo obligatos. et quemlibet ipsorum pro rata eorum quemlibet contingente de debito pro quo fideiusserunt, de quo instrumentum solucionis et execucionis facta fuit, ac eciam pro omnibus dampnis

expen et interee que passus fuit occone fideiussionis pr
edicte. Et q(uod) supradictum est de integra soluc(ione) debiti f(ac)ta
p(er) fideiussorem, h(ab)eat locum etiam in particulari soluc(i)o(n)e
que excedat ratam ip(su)m fideiussorem contingentem de de
bito integrali. Que omnia vendicent sibi locum nisi fide
iussor receperit satisfactionem eius q(uo)d solvit creditori a
debitore principali, et h(ab)eat locum etia(m) in p(rese)ntibus conte
tibus, et pendentibus c(aus)is, et non dum pendentibus.

De fideiussoribus liberari valentibus a fideiuss(ione).

Constituimus et ordinamus q(uod) si aliquis fuerit p(ro) aliquo fi
deiussor, et voluit a fideiussione seu obligatione fideiussoria
nova const. obligatus liberari, tunc siquidem appositus fuit aliquis ter
minus solucionis debiti eius p(ro) quo fideiussit infra illum
terminum non possit petere se eximi a fideiussione p(re)dicta, s(ed)
elapso ipso termino agere possit, et si obtinuerit execucionem
fieri facere possit tam p(ro) debito q(uam) p(ro) expen(sis) contra princi
palem debitorem et eius bona sicut posset ipse creditor

principalis. Quin creditor principalis teneatur
et debeat, et compelli possit per dominum ad instantiam dicti
eius fideiussoris sub penis ad exibendum instrumentum debiti
in iudicio contra quem audiatur deffensio debitoris sicut si age
ret debitor principalis creditor. Si autem non appa
rente fuerit aliquis terminus solucionis debiti principalis et
vellit fideiussor eius debiti ab ipsa fideiussione liberari
tunc ad eius instantiam mandetur per dominum et per ced
ulam principali debitori, quod infra triginta dies inmediate
sequentes a die presentate cedule liberet ipsum fideiussorem
Quod si ipse debitor principalis facere recusaverit, hoc neg
lexerit, vel tardaverit, tunc ipse fideiussor agere et exe
cucionem facere possit contra ipsum debitorem et eius bona sicut
suprascriptum est per eum fieri posse, quando appositus est solucionis termi
nus, et elapsus est. Et predicta habeant locum eciam
in quocumque obligato principali qui posset legitime probare se
consuevisse debere in deponendo ab obligacione predicta.

Et. De aliis bonorum possessoribus, et modo ac ordine procedendi contra eos.

Item et Ordinamus quod si aliquis agat contra aliquem
possessorem bonorum eius quem agens asserit sibi fore obligatum / Et ille contra quem agitur nominaverit aliquem
nova gsta alium ad quem dicat de bonis ipsius debitoris post eum
pervenisse / Tunc actor teneatur illum nominatum semel personaliter vel bina citatione ad domum cedulla ibi dimissa facere citari
et ad certam diem ad quam eciam statim faciat terminum
primo citato / Itemque facta fide de termino illis ambabus presentibus vel absentibus vel altero tantum absente / limitetur terminus x. dierum infra quem producant titulos eorum
et alia per que appareat / quis eorum sit ultimus possessor
Et si infra dictum terminum non fuerit determinatum
inter eos per sententiam qui sit ultimus dictorum bonorum possessor
possit actor procedere contra bona per utrumque detenta sed aliis
tantum bonis que deveniunt cum petitur alterorum / eciam si post
lapsum dicti termini limitati ipsi possessores vel alter ipsorum
dicerent vellent / seu vellet aliquam facere declarationem quis
eorum esset ultimus possessor / sed ista causa indistincte diffinitiva
debeat fieri, eorum persona d. p. vel eius dicam / Et medio
omnimode procedant detentores bonorum in lite / Et quicumque

corum sucumbuerit teneatur refficere parti victe totum dampnum quod passa fuit occasione predicte litis.

De dotibus et vestibus dnarum et quis modus teneri debeat in dote promissa solvenda.

Item et ordinamus quod quando aliqua mulier vel eius maritus pro ea aut eius pater seu maritus alicuius mulieris proprio nomine pecierit aliquid sibi promissum nomine dotis vel pro fulcimentis vestibus seu ornamentis dne, tunc in dicta causa procedatur summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii hac forma, videlicet quod si reus citatus pluries in primo termino non comparuerit vel bina vice ad domum citatus, in causa quo non fuerit personaliter inventus non comparuerit, et actor faciat fidem ibidem de eo quod petit, quod statim detur inicium ad accipiendum de bonis rei. Et si non actor ibidem non probaverit tunc ad huc habeat inicium ad accipiendum de bonis rei quandoque fidem fecerit legiptimam de eo quod petit et de termino, quod si reus comparuerit in iudicio ante quam actor fecerit fidem de eo quod petit volens inceptare quod

factum est in eius contumacia teneatur facere citari ac-
torem, et breue terminum, in quo termino si actor non comp-
aruerit sit cassum, et vanum quicquid in contumacia rei er-
at factum, et si in dicto termino comparuerit, et fidem fecerit
de eo quod petit est firma remaneat sententia lata in abs-
encia rei. et ipse reus audiatur ad deffensionem contra inte-
ncionem actoris. Et copiam omnium iurium productorum
per actorem obtinere valeat ad spacium trium dierum
infra quem terminum, et in dicto termino opponere possit quic-
quid opponere uult contra dicta iura actoris, Et si uero in pre-
termino actor, et reus comparuerint procedatur summarie
et quam breuius fieri potest, cum hoc quod si reus predictus
opponerit contra iura producta, aliquam excepcionem, contra acto-
rem et excepcionem non probauerit cadat in penam unius
Marche pro qualibet exceptione proposita admissa, et super ea
dato termino ad probandum, et non probata aplicanda ac-
tori, Et nichilominus soluat expensas factas in lite secundum
morem antiquitus obseruatum, et habeat locum etiam in ra.

constitutis dotibus seu iuribus pendentibus causis vel nondum pendentibus. 2

De repeticione dotis soluto matrimonio.

Constituimus et ordinamus quod ubi emerserit causa repetende dotis vel iurium aliorum donarum similiter petendarum dotis, morgincapdis, dismontaduras, et contraria pactorum, et aliorum quorumcumque ob matrimonium obveniencium, vel per uxorem mortuo eius marito vel per alios quibus restitucio dotis est facienda defuncta uxore, tunc si uxor repetit marito defuncto aut ab heredibus defuncti mariti, aut a fideiussoribus qui intercessissent pro dote restituenda, et aliis iuribus persolvendis, et siquidem ab heredibus defuncti, tunc ipsis heredibus legitime citatis. Et intelligantur omnes legitime citati sive pubblice muniti sive non, dummodo ad domum habitacionis fuerit citatum, et eis comparentibus vel contumaciter absentibus, siquidem agens fecerit fidem per publicum instrumentum vel ydoneos testes vel aliter legitime de solucione dotis et iuribus sibi debitis, tunc dicto contumaciter absente detur et dari debeat ipsi agenti immissio ad accipiendum de bonis ipsorum heredum usque ad integram solucionem.

Et satisfaccionem dicte dotis, et dum̄ nrēm predictorum
cum dampnis et expensis, nec ulterius audiatur reus nisi probare
voluerit restitucionem iam factam de dicta dote, et alias nihil
quod facere vel probare intendit teneatur infra .xv. dies.
Si autem comparuerit reus citatus, tunc decta copia instru
menti statuatur terminus reo petenti .x. dierum ad opponendum et
probandum quicquid probare, et opponere voluerit, nec opponere
possit aliquam exceptionem nisi falsitatis, vel restitucionis eius
quod petitum fuit seu partis. Quo termino transacto procedatur
et terminatur secundum formam constitucionis prius precedentis quando
petuntur dotes. Si autem a muliere aut alia persona eius veniat resti
tucio dotis facienda, et fideiussores alios virum elegerit fide
iussores conveniendos pro restitucione dicte dotis, et premium quos
convenire et facere possit citari vel etiam omisso principa
li et bonis eius, tunc procedatur modo et forma superscripta
quando agitur contra heredes defuncti. Nec audiantur fide
iussores volentes designare de bonis principalis scilicet mar
iti ipsius mulieris vel eius heredum, nisi ipsi fideiussores
designaverint et solidum dederint mulieri tamen de bonis
mariti eius vel eius heredum expeditis, et pro heredes mariti.

possessionis quod vnum fuit aliud quo fideiussores conuenti apparuerint
obligati. Et nichilominus se obligent ad manutenendum eidem
mulieri dicta bona. Et si aliquis appareret qui asserat se habere
priora iura super dictis bonis, tunc non intelligantur appro-
bata. Et si adhuc conuidat mulier se, uel alia persona contra fide-
iussorem seu fideiussores, et eorum fideiussorum bona vendantur
et deliberentur modo praedicto subhastato. Et tunc fideiussores cum de
suo soluerint, uel se manutentores constituerint, habeant tal-
ia iura contra bona principalium qualia habebat domina predicta. Hoc
addito, quod non teneantur dicti principales fideiussores dotem
soluere nisi domina prius prestet ydoneam securitatem ipsis do-
tem soluentibus et recipientibus nomine et vice omnium quorum
interesse poterit in dicta de dote consumenda, et restituenda
illis ad quos restitucio pertinebit post mortem ipsius domine.
Et habeat locum etiam in pendentibus causis, uel nondum pre-
sentibus, iam tamen constitutis dotibus.

De alimentis dandis prestandis quamdiu non restituuntur dotes. cap.

Item et cetera. quod si aliquis teneatur (alicuius) ad restituendum dotes. Et velit re-
tinere dotem penes se usque ad annum et diem, a die soluti ma-
trimonii uel mortis, et tunc possit hoc facere, sed teneatur dare

hic pudor in alimenta debent [illegible] nunc [illegible] et placet, multa displicent petere

de ponit dicte dne alimenta p totum annum. Si no nolu
erit sibi dare alimenta, vel dna ab eo noluit recipe, tunc
tenetur sibi dare quindecim ff contendis et hēat locum
etiam in ptitus.

ff videtur hic an mortuo viro debeant uxori clamis zuchis

In quibus casibus debet fieri dotis restitucio

Dn. et or. q si dos fuit constit in pecunia, et pecunia
fuit soluta vel aliqua bona fuerint data in solucoem me
dicte pecunie pmisse tunc in ea dotis restituende fiat re
stitucio in pecunia tantum. Si no fuit ab inicio dos constit
in fundo dotali, ille fundus remanet in restitucionem stante
mortuo viro. Si no dos fuit constit in pecunia vtos dictum
est, et pecunia non fuit soluta, sed aliqua bona immobilia ex
timata vel extimata fuerint designata coniugibus, sub
pacto restitucois dcorum bonorum quousque de dote pmissa fuit pecunia
soluta restitucio dcorum bonorum fieri debeat, Tunc si medi
antibus q bona reddantur marito mortuo, et extante dcis, que
velit dotem repetere teneantur, et debeant heredes ma
riti dotem restituere in pecunia tantum. Et hoc qn dna re
petit dotem, Si autem domina dna, alius ad quem pertinet

Dotis restitucio seu repeticio petat sibi dotem restitui
tunc illa bona que sunt designata veniant in resti
tucionem tunc. Et hec habeat locum eciam in eam constitutis
dotibus.

De quem pertineat fructus dotis etc. an quod sit dicta resto fructa.
Consti. et ord. quod si casus emerserit dotis restituende antequam
fructus ex fundo dotali percipiantur illius anni in quo di
ssolutum est matrimonium. Tunc si contempraneo esset super fructibus
qui sunt percipiendi in illo anno talis modus fruct. quod pro quanto
tempore illius anni quo vir sustinuerit honera matrimonii
pro tanto fructus provenientes ex illis bonis percipiant illi qui
sunt obligati ad restituendam dotem seu bona. Et hec
habeat locum eciam in predictis.

De solempnitate que servari debet in alienacione rerum
dotalium et quod super mulieribus dicitur recuperandis fieri debeant
summarie iusticie complementum.

Nos solempnitatibus mulierum quibus propter sexus debilitatem
favor debetur prospicere cupientes Con. et ord. seu potius
declaramus quod si mulier constituta dotes vel res ei pro

In ista constitucione addatur similiter uxor quod si fuerit non obstante solempnitate non valeat
[illegible]

Dotibus vel Rebus suis immobilibus dandis constante Matrimonio dona
cum Marito suo alienare voluerint vel Marito alienanti sive prest
are consensum ex aliqua iusta causa, preciam sive ordinariam Iudices
adire debeant saltem cum duobus vel tribus ydoneis viris
ex hiis qui eidem Mulieri proximiores fuerint, qui per suum
iuramentum affirmaverint ipsam alienacionem propter causam utilem
vel necessariam fieri oportere, interponat iudex alienacioni fi
endi suam auctoritatem, et per hoc obtineat firmitatem. Et non hac
solempnitate premissa Mulier ad faciendum alienacionem re
[illegible] suorum immobilium vel ad consensum prestandum Marito
alienanti, sive ad eius factum ratificandum processerit eciam
cum gravi obligacione penali nullum ex hoc preiudicium ipsi
Mulieri generetur. Quo minus predictis omnibus non obstantibus
cum voluerint tempore competenti sine metu pene repetere seu recuperare
valeat omnia iura sua. Et eadem solempnitas observetur in
casu quo Mulieres consenserint alienacionibus seu obligacionibus
Mariti sui, et sine dicta solempnitate consensus Mulieris
sibi in nullo preiudicet, super dotis aut dotibus et aliis iuribus
Mulierum exigendis et recuperandis ac super dependenti
bus connexis fiat eis summarie iusticie complementum. Et habeat
locum quod in ea constitutis dotibus et pendentibus causis vel non pendentibus.

De Vestimentis ornamentis Jocalibus et Bilysiis dnarum .
et ceteris aliis rebus que secum dne portant ad maritum
vel que sunt eis donate tempore nuptiarum vel ante vel post per maritum vel alium quecumque

Statuimus et ordinamus quod mortuo viro paramenta ornamenta vestes clamodia Belsia jocalia et cetera omnia alia bona mobilia per ipsam dnam ad domum mariti portata vel eius nomine ac etiam omnia eidem donata dne tempore nuptiarum ante vel post per quamcumque personam seu donata eidem per maritum suum seu empta vel deputata vel parata ad usum seu personam persone ipsius dne libere et expedite sine aliquo impedimento dentur relaxentur et restituantur eidem dne si extant et intelligantur extare etiam si dicta bona fuerint per maritum pignorata vel per eius heredes. Et si non extant tunc non teneantur heredes mariti vel eorum bona ad emendationem aliquam rerum non extantium.

hic idem sit licet dicta bona extare . sit non

De bonis uxoris portatis ad domum mariti vel sibi donatis tempore nuptiarum vel post a marito vel ab aliis premortua uxore .

Constituimus et ordinamus quod si qua Mulier voluerit
testamentum vel codicillos condere / possit et valeat libere
testamentum vel codicillum condere, non obstante aliqua con hic addatur relinquere bona pro filiis et cetera
tradicione Mariti super dote sua, in casu quo se ipsam dot
tavit de bonis suis ad ipsa principaliter possit eciam test
ari / et codicillare de omnibus alijs suis bonis adventicijs
vel invenimus eidem obvenientibus, exceptis rebus datis sibi
per Maritum pro nupcias / et non complatoe nupciarum de
quibus nullo modo possit testari / ut i Item super Mor
gapio / et dasmotadureo / Item super omnibus rebus suis quas se
cum portavit ad Maritum / et de alijs sibi donatis a marito
et ab alio quocumque tempore nupciarum / vel post contemplacionem nup
ciarum testari / codicillare valeat dummodo quod testamentum valeat
et habeat valoris firmitatem / eciam si a patre non fuerit em
ancipata / Super dote autem sibi constituta per parentes vel
consanguineos / vel alios ad quos ex consuetudine vel ex pa
cto dicta dos debeat restituenda ^ aliquam disposicionem facere ^ nec possit nec valeat dicta testatrix
nisi in / per que ipsam dominam dotavit de bonis proprijs ipsius
dotantis dicta dos fuerit legata / vel alia in testamento relicta
vel inter vivos data / quo casu non extantibus liberis dec

vive vel ex eis descendentibus libere valeat ad libitum de dote predicta disponere. Super vestibus aut jocalibus, clenodiis, paramentis, ornamentis et aliis quibuscumque bonis mobilibus donatis domine a marito vel paratis per tempus imperii testari non valeat nisi cum consensu mariti. Si autem dicta domina decesserit ab intestato vel sine codicillis omnia portata per dictam dominam ad domum mariti vel sibi donata per maritum vel alia quecumque tempore imperii vel per contemplacionem imperiarum(?) vel per tempus imperii per ipsum maritum remaneant penes filios suos masculos et sua sit si habet filios, et si non habet filios remaneant penes maritum et sua sit excepta dote que secundum consuetudinem debet reddi(?) et exceptis aliis suis bonis adventiciis mobilibus et immobilibus in quibus debent succedere heredes. Ita tamen quod maritus teneatur sibi facere sepulturam et alia funeralia suis tamen sumptibus et expensis.

Et acquisitis per dominam maritatam constante matrimonio presumendis(?) acquisitis de bonis mariti.

[Margin: vel emptis seu paratis ad ornamentum uxoris]

[Margin: hic deficit(?) in ... [illegible] ... pro ipsis ... sibi donatis ... quod de ... ad domum mariti]

Item constituimus et ord. quod omnia acquisita per dnas
Maritatam constante Matrimonio intelligantur et censean-
tur acquisita de et ex bonis mariti, et ad dominum ipsius ma-
riti pertineant, nisi euidentissime probentur illa bona aliunde
acquisita quam ex bonis Mariti.

Quibus creditoribus Mulier pro dote preferatur

Item. Con. et ord. quod Mulieres et alie repetentes dotes
in bonis principalis qui dotem recepit, et bonis fideiuss-
orum obligatorum ad dotem restituendam preferantur omnibus
creditoribus qui apparent creditores fuisse vel esse ante
vel post constitutionem dotis, que repetitur, exceptis creditoribus illis
qui haberent aliqua bona personarum predictarum principalis vel
fideiussoris nomine ad restitutionem dotis obligatorum specialiter
et expresse et nominatim ante constitutionem dicte dotis obligata,
Quo casu creditor habens dicta bona specialiter et expresse
ac nominatim obligata ante dotis constitutionem quam repetitur pre-
efferatur repetentibus ipsam dotem.

Et repetentes dotes preferantur repetentibus Mortuari-
um et dismotatum et contrapactum.

Onstituimus, et ord., q si casus emserit quo dotes repetantur morgincapium et dismontatum p easdem psonas vel diversas, contra bona et sup bonis mariti vel fideiussorum q de, et sup bonis predictis fiat p solutio dotis, et contra pactorum, postea si bona supsunt fiat solutio dismotaturarum et morgincapiorum.

Eiusdem prescriptione dotis petende vel repetende morgincap., dismotaturarum et contrapactorum.

Onsti. et or. q si p[a] cui competit ius petende dotis pmisse vel repetende, aut ius petendi morginc. dismon vel contra pact. supsederit et distulerit dotem, et iura predicta petere vel repetere in iud. p spacium xx[ti] annorum continuorum numerandorum a tempore quo primitus potuit petere vel repetere potuit dotem vel a morginc. vel dismon. vel contra pacta, talis lapsus temporis inducat prescriptionem, et ipso iure talis persona privetur iure petendi et repetendi iura et dotem predicta salvo q masculis minoribus xiiij. annis, et feminis minoribus duodecim, ipso iure nulla currat q toto tpe. h. c. currat de minoribus .xxv. annis

quo fuerint in dicta minori etate, et in toto tempore vel maiori parte temporis viginti annorum fuisset absens a patria Forijulij persona petens vel repetens dotem, vel unica parte quo cum prescripto predicta non currerit, sed postquam reversa fuit in patriam Forijulij currat contra eam dicta prescriptio, omni tempore computato quo fuit in patria antea.

De restitutione fienda dotis filio etiam maiori vel minori xiiij. anni premortuo supervivente matre vel decedente post matrem.

In ista constitutione additur ad dubium quod proponet dictus decernimus

Item. et cetera. quod filio vel filia decedente in pupillari etate post obitum matris, non superstitibus alijs fratre vel fratribus vel sororibus ex eisdem parentibus coniunctis defuncto, dos restituatur et revertatur ei qui dotavit vel eius heredibus aut alijs personis quibus foret dotis restitutio fienda. Si vero filius maior xiiij. annis vel filia maior xij. annis decessit post matrem dos matris censeatur patrimonium proprium filij vel filie de qua dote ipse filius vel filia possit testari et disponere sicut de

eius libitum voluntatis, patre mortuo, ante filium vel filiam
patre non superviuente ipsius dotis habeat usufructum. Et si filius
maior .xiiij. annis, vel minor, vel filia maior duodecim, vel
minor decesserit ante matrem, tunc dos reuertitur ad ipsos
maiores, vel alios quibus dotis restitucio est fienda de iure.
Et idem nos constituimus in dotibus Avie, et pro-
avie, et ceterarum ascendencium.

De filiabus et aliis descendentibus non instituendis heredibus
ab hereditate excludendis, sed dotandis et alimentandis, et
eis legatis prestandis.

Item et ordinamus quod si aliquis decesserit condito testamento superst-
itibus ~~aliis~~ masculis filiis et aliis descendentibus filiis
masculis natis ex prole masculina defuncti et ascendentibus
masculis, et fratribus masculis et feminis defunctorum filiis
masculis, vel aliquo ipsorum. Et predictis vel aliquo predictorum
instituto, vel institutis heredibus, tunc filie ipsius defuncti
et neptes et alie feminini sexus descendentes, que non fu-
erint heredes instirute, ab hereditate ipsius defuncti repe-
llantur, etiam si non fecerint finem, et remissionem de hereditate
ipsius defuncti. Ita tamen quod si dicte filie neptes et alie.

feminini sexus descendentes, quas defunctus alimentare
maritare, doctare, et nuptialibus fulcimentis fulcire te
nebatur, maritate et doctate non sint, seu dotes et fulci
menta eis promissa soluta non fuerint, per heredes defuncti
alimententur. Et si sint vel cum fuerint etatis nubilis
maritentur et doctentur, seu dotes et fulcimenta eis promissa
solvantur, ac fulcimentis congruis fulciantur secundum quantita
tem et qualitatem dicte hereditatis, ac condicionem et sta
tum maritandarum. Heredes autem descendentibus ma
sculis, et ex linea masculina defuncti natis, et ascende
ntibus masculis, et fratribus, et fratrum filiis masculis,
vel aliquo ipsorum non existente, vel non existentibus, sit
salvum ipsis filiabus defuncti, neptibus, et ceteris feme
nini sexus descendentibus, Quibus non maritatis vel non
doctatis non est tam vere institucionis vel legati vel fideicom
missi in testamento relictum, quod maritari commode valeant, et doc
tari, ius requirendi testamentum ipsius defuncti, si in ipso testa
mento heredes fuerint scripte, vel hereditate competat, et adipiscendi [?]
defuncti hereditatem pro parte eis debita admittantur. Quas eciam

Nichilominus legata ad pias causas facta in dicto testamento, quamvis rupto salvantur, et remaneant in sua roboris firmitate

¶ Legatis factis filiabus, et aliis feminis ab hereditate exclusis.

On. et ex. quod filie neptes vel alie descendentes feminini sexus, quibus per patrem vel alium ex ascendentibus est aliquid in testamento iure institucionis seu legati vel fideicommissi relictum, tali relicto debeant esse contente, quamvis sit minus legitima eis iure nature debita, ita quod propterea ipsius defuncti non valeant rumpere testamentum, dum tamen illud relictum sit tantum quod cum eo congrue maritari et dotari valeant, et subire statum hereditatis qualitatem, ac eorum condicionem mercandarum. Quo casu si legatum seu relictum tantum non fuerit agere possint, et teneantur eis heredes supplere, et tantum ipsi legato supplere, quod se valeant maritare dotare prout et subire, testo remanente nichilominus in sua roboris firmitate.

De Inventariis a Tutoribus vel Curatoribus conficiendis et publicandis.

Item statuit in nisbeat in sequenti. Item. et or. quod quicumque datus fuerit Tutor in testamento si presens
fuerit testamento et non contradixerit, censeatur statim acceptasse
ipsam Tutelam. Et si non fuerit absens a confectione testamenti
teneatur a die qua scivit se Tutorem datum usque ad
decem dies Tutelam predictam acceptasse vel renunciasse. Omnes
vero tutores tam testamentarii quam legitimi quam etiam dativi ac
etiam Curatores dati ad negocia infra triginta dierum
spacium a die acceptacionis computandorum teneantur et
debeant fideliter et plene conficere facere per unum ydoneum
et sufficientem notarium Inventarium de omnibus bonis ac
bellibus et mobilibus ac iuribus accionibus ac debitis et cred
itis pupilli vel pupillorum vel Adultorum quorum tutelam
vel Curam gerunt. Ad quam confectionem Inventarii fi
endam teneatur et debeat convocare duos ex parentibus vel
Affinibus pupilli vel pupillorum vel Adultorum ex propinqui
oribus si unum ex parte patris Alium ex parte Matris, quodquidem
Inventarium confectum teneatur et debeant post triginta

dies precedentes, usque ad .viij. dies inclusive, publicari
coram domino eius de cuius bonis inventarium fuit conf
ectum. Ad quam publicationem teneantur Tutores, vel Cu
ratores convocare illos qui fuerant sibi dati, vel deputa
ti, tempore quo fuerit confectum inventarium. Si autem ex
parentibus, vel affinibus dictorum pupillorum, vel adultorum non
reperiantur persone sufficientes et habiles ad dictum inventarium con
fectionem. Tunc teneatur tutor, vel Curator comparere coram
domino, et petere ad hoc deputari duos bonos viros, quos
dominus deputet ex proximioribus vicinis defuncti. Alias
non dicto inventario non confecto, non reputetur illationis pro
Tutore vel Curatore, nec administratione, nec in iudicio esse valeat
Et teneatur pupillis de damno inde et negligentia.

Constitutionem proxime precedentem quo ad iusta circha fi
nem corrigentes. Constituimus et ordinamus quod si aliquis tutor in testamento
nova add. vel aliter datus, pupillorum inventarium non confecerit, modo
forma et solempnitate, in proxima dicta constitutione positis, nichilominus
omnia valeant et possint agere, et conveniri pro Cre
ditores pupillorum, et bonorum, et in iudicio comparere, et ut

ipsos et in eorum contumaciam procedi. Et quicquid
actum fuerit in fauorem pupilli habeat roboris firmita
tem ad utilitatem pupilli et preiudicium eius aduer
sarii. Et similiter quicquid actum fuit quod uideatur in dampnum
et preiudicium ipsius pupilli esse actum etiam si iuste obten
tum fuerit contra tutorem predictum habeat etiam roboris fir
mitatem quo ad dampnum tutorum et in bonis ipsorum tutorum
fiat execucio omnis que apparet lata contra pupillum etiam
si iuste lata foret non autem in bonis pupilli ymo
quatum ad pupillum et eius bona censeatur omnia nulla
Si autem elapso termino conficiendi inuentarium in presenti statuto
constituto contento. Creditores pupillorum uel aliqui eorum
affines allegauerint uel proposuerint ipsos tutores non esse
soluendo et inuentarium non confecisse tunc possit et
debeat dictus tutor ad instanciam predictorum uel ex officio domini
remoueri et de alio prouideri et nichilominus si interim est
factus aliquis processus uel aliquid contra eum tamquam tutorem
obtentum illa ualeant quo ad ipsum et non quo ad pu
pilli preiudicium ubi et in bonis eius fiat execucio
usque ad concurrentem quantitatem bonorum suorum omne

Nec Tutela removeatur sive et de alio provideatur sive
remansit in tutela. Et in omnibus predictis dictus remaneat
ius suum salvum Creditori in hiis que recuperare non potuit
a tutore contra bona pupilli, inchoando tamen contra eum
litem de novo non aut Rigore obtentorum contra predictum tutorem

De Racione reddenda per Tutores vel Curatores anno singulo
certum tempus.

Item et ordinatum quod omnes tutores et Curatores dati adneg-
ocia teneantur anno singulo a prima die quadragesime usque
ad mediam quadragesimam reddere racionem sue administracionis
coram illo domino vel deputando a domino sub quo prius existen-
tes sub tutela vel Cura obligati ad dictam racionem redden-
dam habitant et domicilium et forum sunt. Et si ipse Tutor
vel Curator impedimento aliquo impeditus legitimo nequiverit
in dicto tempore racionem reddere, inchoans tunc teneatur
illam reddere a media quadragesima usque ad dominicam oli-
varum seu palmarum. Que quidem racio reddatur presentibus
ipsis pupillis vel Adultis et duobus proximioribus pupillorum vel
et Adultorum, uno videlicet ex parte patris et alio ex parte
Matris convocandis et compellendis per dictum dominum ad

Instante Tutoris, et ex officio suo. Et si tot vel tales
non invenirentur tunc deputentur duo boni viri, qui sint ma-
gis amicicia vel affinitate coniuncti dictis pupillis, qui intel-
sint dicte racioni reddende, de qua racione reddita fiat relacio
per dictos qui fuerint presentes reddicioni racionis predicte. Que
relacio fiat coram domino et assistentibus per quos dicta racio
approbetur vel reprobetur. Et si quidem bonam reddiderit racionem
in suo officio persequenti. Si vero malam tunc ab officio amo-
veatur et immediate teneatur reficere omne dampnum, et intel-
esse ipsius pupilli vel adulti vel aliter indempnitati pupilli
vel adulti provideatur. Ita tamen quod propter dictam racionem redditam
nullum preiudicium generetur pupillis vel adultis, quin eorum
Tutores teneantur tempore finiti sui officii generalem racionem
sue administracionis reddere et assignare. Que autem in dicta
Constitutione et in precedenti dicta sunt in Tutoribus, seu Cu-
ratoribus pupillorum et adultorum habeant locum etiam
in Curatoribus furiosorum et prodigorum. 2

Et sublatis obligacionibus quas Christiani a suis debitoribus exigebant
quod de hostaria vel patria non ~~exeunt~~ exirent debito non soluto.

Quia quedam pestifera et dampnosa in patria Foroiulii abusio inoleuit, quod quando fit aliquis contractus mutui uel depositi creditores non contenti obligacionibus in patria antiquitus consuetis. alias exquisitas obligaciones nunc inire conantur, videlicet quod tam fideiussores quam principales obligent se, quod si mutuum uel depositum in contractu contentum in statuto termino non soluerint teneantur intrare hosteriam aut exire patriam uel non redire in patriam donec mutuum uel depositum huiusmodi cum dampnis et expensis non fuerit persolutum. Et propterea inepta admonitione nonnulle domus nobilium et ciuitatum Foroiulii sunt destructe et ad nichilum redigantur, propterea quod nos uolentes una cum prefato colloquio generali ad communem utilitatem prouidere. Constituimus et ordi. quod nullus creditor quicunque sit et cuiuscunque nominis censeatur mutuet possit uel debeat ab aliquo de Foroiulii recipere quod obligantes se principales uel fideiussorio nomine mittent aut intrare hosteriam uel exire patriam Foroiulii seu aliquam obligacionem predictam preter iura communia facere teneatur. nec principales aut fideiussores

obligacionibus huiusmodi valeant se ligare. Et
si secus fuerit factum huiusmodi obligaciones sit nullius
valoris et firmitatis, etiam si sint iuramento vallate.
Et nichilominus notarius conficiens instrumentum ab officio
notarie per biennium sit suspensus, Et habeat etiam locum
cum in preteritis quatenus prius erat per veterem con
stitucionem.

¶ De usurariorum instrumentis ultra quinquennium non valentibus.

Constituimus et ordinamus quod quilibet Judeus vel Christianus
faciens per se vel per alium sub usuris cuiuscumque condicionis ex
istat super instrumentis in partibus forojuliensibus et eius districtu huius
modi instrumentis uti valeat per quinquennium et non ultra, a die
celebrati contractus numerandum, Et quod talia instrumenta usurari
cia vel in fraudem usurarum facta, elapso dicto quinque
nio sint tunc et nunc prout extunc irrita cassa in perpetuum
nulliusque valoris et roboris, Addicientes quod pacta conuen
ciones renunciaciones que fierent per feneratores et pig
norantes, seu obligantes vel Creditores, seu debitores

quo minus in omnibus per omnia statuta et ordinamenta
predicta observentur, nullatenus admittantur. et nullam
contineat firmitatem. Et presens constitucio et contenta in ea
se extendant non solum ad iusticia futura, sed eciam preterita
et pendencia.

Contractibus ~~pupillorum~~ usurariorum publicorum de du-
plo presumendis.

Con. et or. quod omnes contractus quorumcumque usurariorum publi-
corum eciam si non teneant banchum et staconem concepti
in personas eorum vel in personas existentes de eorum familia (noua.)
intelligantur et presumantur fore de duplo, exceptis contractibus (hec addita per ... statuta ... presumantur ... usur...)
emptionum bonorum stabillium.

promissiones restitucionis possunt fieri ad certum tempus.

Item Con. et ord. quod de promissione facta per emptorem
de vendendis et revendendis bonis stabilibus vendi-
tori ipsorum pro precio quo vendita fuerint ad certum tempus
si ex directo peccunia ... licet de huiusmodi promissione sive

pacto int(er) eos confectum fuit p(ro)ut instr(ument)um, t(ame)n valeat p(ro)bari
p(er) testes ydoneos saltem tres circa quindecim ann(os) a tempore p(ro)mi
ssionis huiusmodi, S(ed) ult(ra) quindecim ann(os) p(ro)bari possit p(er) instr(umentu)m
et non p(er) testes. Et h(oc) h(ab)eat locum etiam in p(re)dictis.

[illegible] attendit [illegible] usurarios [illegible] publice usurari[illegible]

De ho(m)i(n)e rurali, vel mediocr(is) facultatis no(m)i(n)e [illegible] non cap
iendo no(m)i(n)e depositi.

Item st. et or. q(uod) si quis ruralis, vel homo mediocr(is) facultat(is)
se obligaverit ad solvendum no(m)i(n)e depositi alicui p(ro) usura
rio, aliquam pecunie quantitatem p(ro) hoc si non solverit detineri
non debeat in c(arcere), S(ed) si deposit(um) contentum fuit int(er) partes
vel (con) minoribus ad maiores ita q(uod) discutere depositum possit
deposit(um) sup(er) illo p(ro)cedatur cor(am) d(omi)no iusticia mediante. Et
h(oc) h(ab)eat locum (etiam) in p(re)teritis.

De fe(min)e a viro non volente alienar(e) de bonis stabilibus
in p(re)iudicium minor(um) fieri.

Constituimus, et ordinamus q(uod) a viro frater, sive ad
ministrat(ore) domus in dampnum, et p(re)iudicium minorum

l.– aliter defendimus

fratrum. Non possit vendere donare, pignorare, vel modo
aliquo alienare bona sua seu de bonis eorum stabilibus
et possessionibus communibus. Et si pro evidenti utilitate et urg-
enti necessitate ipsum oportuerit de bonis ipsorum impignorare,
vendere, vel alienare hoc facere debeat, et possit pro lau-
dum et firmam, auctoritate et decreto D. P. inter nobiles. Et
inter burgenses et alios nobiles inferiores, auctoritate domini
seu rectoris locorum, in quibus habitant. Et si non aliter maior
frater fecerit, hoc faciat in suum preiudicium, et non in dampnum
et preiudicium pupillorum, et minor reddimendi. De
bonis autem mobilibus et fructibus communibus maior possit
administrare et bona fide facere pro necessitate et utilitate
minorum fratrum, et domus eorum. Et si indebite fratribus
minoribus sive ipsorum tutoribus, seu gubernatoribus, et
amicis, quod frater maior seu domus administrator minus
bene administret et inutiliter gerat negocia et res et
bona ipsorum mobilia, et omnia facta dominicature D. P.
sive ipsorum dominus compellat maiorem dare seu assignare minori
et seu minoribus suis fratribus, seu nepotibus propter eos contingentes

De bonis communis ita quod tunc decedentis fiat maior sive administrator bonus nichil possit facere in dampnum seu preiudicium aliorum. Et fiat locum etiam in predictis.

Hec fuit una constitutio quod si fuit [illegible] habeamus seorsum [illegible] sine [illegible] de bonis [illegible] alia [illegible] possit [illegible] patrum

Si bonis intendendis prodigus et aliis personis illa dissipantibus

Constituimus et ordinamus quod si quis apparuerit dissipator bonorum suorum vel prodigus per suos consanguineos et amicos suos aut per publicam famam fuerit hoc in noticiam domini deductum domini potestatis vel eius officialis illi prodigo vel dissipatori mox detur pro administratione bonorum eius cui detur curator sine cuius curatoris auctoritate consensu et voluntate non valeat se obligare neque debita contrahere, nec etiam de bonis suis stabilibus obligare, nec etiam aliquatenus alienare. Sed si per evidentem et urgentem [utilitatem] necessitatem fuerit necesse de bonis suis stabilibus obligare vel alienare, illud fieri possit et iubemus observata solempnitate que debet observari in alienatione vel obligatione bonorum minorum iuxta formam constitutionum. Curator autem predictus ad confectionem inventarii et ad rationem sue administrationis reddendam teneatur prout tenentur ceteri curatores dati furiosis et minoribus xxv annis.

De castris et fortiliciis Foroiulii nullatenus vendendis vel allienandis alicui forensi.

Constituimus et ordinamus quod nullus de Foroiulii possit vendere donare vel aliqualiter alienare, seu dare alicui forensi sua castra aut munitiones, fortilicia vel loca sua suspecta. Et si contra factum fuerit talis alienatio non valeat, et bona sic alienata cedant filiis, cum de iure cedere deberent, si alienans decederet intestatus, et intelligatur etiam ad predicta.

De successionibus ab intestato

Constituimus et ordinamus, quod si quis masculus sui iuris vel existens in potestate decesserit intestatus vel ab intestato, et ab intestato seu intestatus decessisse intelligatur, sive nullum fecerit sive condiderit testamentum, sed illud aliquo iure facere seu condere non potuit, sive rumpi possit vel deduci ad causam intestati, ad eius successionem primo veniant, et vocentur filii masculi eius defuncti, et deinde ceteri descendentes masculi nati ex linea masculina defuncti usque in infinitum. Ita tamen ut pares gradu pariter succedant gradu, proximiores admittantur qui prior est in gradu ad successionem exclusis gradu posterioribus. Salvo quod si sint

Iuxta constitutionem precedentem de nullando constitutionem novam factam de successionibus ab

, et potest

Cum filii masculi defuncti extant ex filiis vel filio ma-
sculo vel premortuis nepotes Illi nepotes una cum filiis de-
functi ad successionem eius admittantur ita ut quocumque ipsi ne-
potes sint eandem partem habeant et illum gradum et locum obti-
neant quem et quos eorum pater si viveret haberet et obtineret Si
autem non extant filii masculi nec alii descendentes ex linea mascu-
lina defuncti tunc si supersunt ascendentes masculi et fratres defuncti
masculi ex utroque parente vel ex patre tantum defuncto coniuncti ipsi
ascendentes proximiores in gradu admittantur una cum dictis
fratribus defuncti ad eius hereditatem dividendam pariter inter
eos sic videlicet ut dictorum ascendencium et fratrum singuli eq-
ualem habeant porcionem Et si extarent cum eis representantur filii
masculi fratrum predefunctorum ipsi etiam quocumque sint cum
ipsis proximioribus gradu ascendentibus et fratribus defuncti eorum
patruis admittantur ad successionem in stirpem sed in tantam
partem quantam eorum pater si viveret deberet. Si autem non extant
ascendentes masculi nec descendentes masculi ex linea
masculina defuncti nati sive si extant fratres defuncti et fratrum
premortuorum filii ipsi omnes admittantur ad hereditatem in stirpes
et non in capita dividendam. Si vero non supersunt ascendentes

masculi nec descendentes.

Masculi sive descendentes masculi, ex linea masculina
nati. Si eciam defuncti fratres masculi sive sorores femine
predefuncti filii illi admittantur ad hereditatem defuncti succe-
dant inter eos in capita et non in stirpem. Et sic predictis
descendentibus masculis et ex linea masculina natis et ascen-
dentibus et collateralibus masculis predictis extantibus, vel alius
eorum excludantur a successione defuncti filie eius et cetere
femenini sexus, ex ipso ascendentes et descendentes ex eis
eiusdemque sexus existant. Ac eciam ascendentes femine et
collaterales femine, et ex eis descendentes eiusdemque sexus ex-
istant, quamvis defuncto sint pares vel priores in gradu
ipsis descendentibus masculis et ex linea masculina natis et
ascendentibus eciam collateralibus masculis dumtaxat ipsi masculi
qui sic vel preveniunt feminas eis pares et priores in gradu vel pa-
res, a successione valeant excludere, ipsas feminas eis in gradu
priores vel pares si non fuerint vel sint maritate et dotate, ma-
ritentur et dotentur, ac nupcialibus fulciantur fulcimentis, si sint
vel cum fuerint etatis nubilis ex bonis dicte successionis, et
interim alimententur, attentis quantitate et qualitate dictorum bonorum
et statu condicione et qualitate ipsarum feminarum maritandarum
a prefatis viris descendentibus masculis et ex linea masculina natis

Et ascendentibus masculis quoque et collateralibus masculis non extantibus, tunc ad successionem admittantur femine, ac si essent masculi, et propiores gradu prius, pares vero pariter succedant, exclusa differentia sexus ac masculorum et feminarum. 2

De apprensione et addicione hereditatis cum beneficio inventarii.

Contra fraudes in addiciones hereditatum cum beneficio inventarii et confectione ipsius inventarii, que communiter committuntur, illis obviare volentes. Constituimus et ordinamus quod si quis vel si qua voluerit adhire aut acceptare aliquam hereditatem, aut hereditati se immiscere cum beneficio inventarii, hoc non possit nisi coram domino cui subiciebatur, et subiectus erat defunctus, de cuius bonis et hereditate agitur, et predictus volens adhire, acceptare vel immiscere cum beneficio inventarii vero teneatur, et possit coram eodem domino, laude et firma mediantibus, eandem hereditatem adhire, vel ei se immiscere infra .xx. dierum spacium, a die mortis defuncti exclusive. Et tunc ibidem statim postquam adhierit, acceptaverit vel se immiscuerit hereditati, deputetur de voluntate domini et ipsius immiscentis seu acceptantis, vel adeuntis, unus ydoneus notarius et sufficiens qui conficiat et scribat inventarium de

bonis hereditariis de qua agitur. Et presertim dictus receptus notarius vel iuristes ibidem sedens quod omni dolo et fraude remotis fideliter scribet et poni faciet in inventario omnia et singula bona hereditaria tam mobilia quam immobilia, iura et actiones ac debita et credita ad hereditatem spectancia. Quod quidem inventarium teneatur heres incohare, mediare et finire et publicare infra ~~terminum viginti~~ dierum triginta post acceptacionem inventarii exclusive. Teneatur quoque predictus heres decem diebus ante publicacionem inventarii preconizare seu proclamare facere publice et alta voce quod omnes creditores et legatarii et quicumque quorum interest compareant diebus loco et hora et in quibus est fienda publicacio coram domino coram quo est facta acceptacio. Prefatis vero non observatis per dictum heredem vel aliquibus bonis ponendis in inventario per ipsum heredem dolo vel fraude vel evidenti negligencia in inventario non positis set omissis confecto inventario ei prodesse nichil possit immo teneatur aliis creditoribus et legatariis perinde ac si hereditatem sine beneficio inventarii acceptasset.

Heres conficiens inventarium teneatur quod omnia bona ponat in inventario.

Heres ante publicacionem inventarii teneatur facere preconizari quod omnes creditores et legatarii compareant.

Si heres qui petit se poni in possessione aliquarum rerum vel bonorum alicuius defuncti.

Constituimus et ordinamus quod si quis compareurit coram domino petens

se poni in possessionem aliquarum rerum seu bonorum, siquidem
allegat se heredem illius de cuius bonis fit mencio, et ibidem
probet per instrumentum continens testamentum vel per transcriptum eiusdem testamenti
seu septem testium se heredem legitimum, et nullus appareat ibidem
contradictor, tunc statim dominus et iudex ad ponendum eum
in possessione dictorum bonorum, in quorum possessione vel quasi erat defunctus
uncti tempore mortis sue, salvo iure cuiuslibet alterius. Et si non
ibidem legitime non probavit se heredem non detur sibi in eius
dominorum legitimam, fiat proclamacio de eo quod allegavit, et hoc quando
allegat se heredem per testamentum. Et si non asserit se heredem ab intestato

Et ille qui asserit se heredem ab intestato tenetur primo facere proclamacionem etc.

stato, tunc servetur iste modus quod fiat primo proclamacio in platea
loci, et ubi habitare solebat ille cuius erunt bona de quibus fit
mencio, et coram loco solite habitacionis ipsius in hac forma
per cedulam, que affixa remaneat super platea predicta. Videlicet:
Noverint universi quod talis petit se coram domino poni in
possessione rerum et bonorum que fuerunt olim talis defuncti tanquam proximi
ab intestato. Quapropter si quis credit se habere ius in dictis bonis
seu vult contradicere quod non ponatur in possessione predicta, com-
pareat coram predicto domino infra quindecim dies ad dicendum et
allegandum causam quare contradicere vult quod non ponatur in possessione. Alioquin ponetur in possessione
salvo iure alieno cuiuslibet. Et si nullus comparuerit contradic-
tor tunc transactis dictis quindecim diebus ponatur in

possessione dictorum bonorum. salvo semper iure vendicandi proprietatem
super proprietate. facta tamen fide de proclamatione predicta et cedule
affixione. Qui sic positus in possessione tutatus in dicta possessione
contra omnem personam exceptis pupillis et aliis personis extra
patriam existentibus tempore quindecim dierum predictorum
et exceptis heredibus qui postea comparere allegantes se heredem ex
testamento, quo casu infra annum a die quo primus fuit positus in possessione
computandum admittantur tales supradicte persone ad
petendum possessionem dictorum bonorum non obstante possessione
priorum positi in possessione per curiam, et isto casu talis possessio per
curiam obtenta per priorem qui petiit et eidem assignata non
prosit nec noceat ipsi, qui eam obtinuit, nec predictis absentibus
pupillis, aut heredibus testamentariis, sed de novo discutiatur
quis debeat in possessione dictorum bonorum poni, prout ac
si ab initio nunquam fuisset assignata possessio alicui dictarum partium
priorum. Interim autem donec fuit determinatum quis poni debeat
in possessione bonorum de quibus est questio eligatur per partes aliqua persona
penes quam possessio dictorum bonorum remaneat donec fuit diffinitum, quis eorum habere debeat possessionem dictorum bonorum, nec
partes habeant gratiam expendi. Et si de una persona concordari
non possint partes predicte, tunc eligatur per dominum persona aliqua
non suspecta. Que suspicio et causa suspicionis allegetur, per

hic addatur quod ab illa sententia possit appellari

dominam approbetur vel reprobetur aliquis per te ponendus quem ad eiusque
gubernationem bona remaneant donec fuerit determinata lis
sumptibus et expensis hereditatis et bonorum de quibus contenditur.

De heredibus compellendis alimentare, maritare et dotare feminas
ratione sexus ab hereditate exclusas.

Cum per duas constitutiones proxime precedentes mulieres
ratione sexus feminini ab hereditate que eis de iure communi forte
forent debita excludantur, dum tamen si in matrimonio maritate fuerint, si sit
vel cum fuerit etatis nubilis per heredes maritentur, dotentur
et fulcimentis decentibus fulciantur, ideo ne heredes huiusmodi
facienda matrimonia et dotium et fulcimentorum prestationes dolo
vel negligencia nimium protrahant. Constituimus et ordinamus
quod si ipsa mulier fuerit etatis nubilis, ad eius vel alicuius sui amici
parentis instanciam et requisitionem per dominum loci ubi residet heres
fiat preceptum heredi quod usque ad annum a die requisitionis facte
ipsam dictam debeat maritasse, dotasse et fulcimentis ut con
tinetur in prefatis constitutionibus fulcivisse, et medio tempore eam tene
atur alimentare interim et ei congruum victum et vestitum prestare.
Quod si heredes infra annum predicta non adimpleverint, elapso anno
statim teneantur et debeant ac per dominum dominium compellantur

deponere penes unum bonum fidelem et ydoneum mercatorem per dominum eligendum tantam pecunie quantitatem, cum qua consideratis hereditatis facultatibus decenter maritari et dotari valeat et fulciri. Ex qua pecunia lucrum omne proveniens sit ipsius mulieris aut femine maritande. Et eam interim medio heres debeat alimentare vestire, ac secundum eius condicionem et statum benivole ac honorifice pertractare.

Ut bona heredum obligatis dotibus dotandis per heredes eorundem.

Constituimus et ordinamus quod in casibus quibus domine debent dotari et fulciri per heredes, quod omnia bona hereditaria et bona propria illius heredis sint ipso iure obligata dicte domine pro dote et fulcimento, et quod nulla alienatio dictorum bonorum possit fieri in preiudicium dicte domine. Et si acceptaret hereditatem cum beneficio inventarii, tunc bona propria sua non sint pro illis dotibus obligata.

Ut legata per heredem statim solvendis.

Constituimus et ordinamus quod legata sive relicta in testamento vel codicillo prestare statim teneatur heres post aditam hereditatem

Vel postquam etiam se immiscuerit hereditati, nisi aliter vel alius appareat de voluntate testatoris, vel legantis, et non adhita fuerit hereditas cum beneficio inventarii, quo casu conveniri non possit a creditoribus, nec solvere teneatur credita vel legata nisi post confectionem inventarii, vel post elapsum tempus ipsius inventarii conficiendi, in Constitucione super hoc edita limitatum.

De legatis ab herede petendis, non auctoritate propria, vel per eorum apprehendendis.

Constituimus et ordinamus, quod hii quibus est in testamento aliquid iure legati vel fideycommissi, vel alio quocumque titulo relictum, teneantur petere rem legatam, seu relictam, ab universali herede, non autem ipsam propria auctoritate accipere, nec per eorum ipsius possessionem apprehendere herede non citato, decernentes talem possessionem seu apprehensionem eiusdem possessionis sua voluntate, vel non citato herede, factam per legatarium, seu fideycommissum, nullius fore effectus, roboris, seu valoris, nec sibi ius aliquod per eandem.

hic videtur quod si legatarius propria auctoritate ceperit rem legatam quod [illegible] non valeat [illegible] si non fuerit [illegible] testator voluit legatarium capere legatum propria auctoritate

De feudis ad aliquem aliquo iure devolutis, et volentibus petere eadem feuda vel eorum possessionem.

Constituimus et ordinamus quod si aliqua persona voluerit petere pheuda vel bona aliqua iure pheudi que asserat per obitum alicuius vel alio quocumque iure ad se devoluta debeat comparere coram d. p. et per laudem et sententiam ad minus duorum [illegible] circumstancium ~~[illegible]~~ hominum manus pheudi sedendum coram d. p. possit obtinere vel mittere hominem manus pheudi qui inducat ipsum in tenutam et possessionem dictorum bonorum pheudalium pro primo anno sine vsufructu, salvo iure cuiuslibet persone. Qui inmissus datus ad inducendum in dictam tenutam et possessionem teneatur ad peticionem dicti petentis notificare possessori dictorum bonorum que pro pheudalis petuntur dictam suam inductionem et tenutam per propriam notificacionem suam. Si per annum possessor tacuerit quod nullam litem fecerit in dictis bonis, tunc talis in ipsorum possessione inductus debeat comparere coram dicto d. p. et petere se induci in possessionem dictorum bonorum cum percepcione vsufructuum, que inmissum ibidem per sententiam septem vel duorum astancium hominum manus pheudalem, facta primo fide de inductione et notificacione valeat obtinere.

De predatoribus et robatoribus stratarum publicarum et contentibus [illegible] priuatum carcerem.

Vt strate et itinera publica tam mercatoribus quam aliis quibuscumque personis tute et secure libere pateant. Const. et Ord.

Item quicumque dominii patrie subditi vel Ecclesie Aquilegensis
vel forenses stratas ipsas seu itinera presumpserit violare rerum
petere, vel turbare spolia vel derobationes committendo super ipsis
presumpserit quocumque modo sive nobilis sive popularis exi
stat, Si haberi poterit, vel capi pena capitis puniatur. Si non
haberi vel capi non poterit, sub eadem pena ipso facto sit bannitus   ut alibi in sequenti statuto [?]
per universas terras et a quocumque dominio Ecclesie Aquilegensis
ita quod non in terris nec in castris domini patriarche et tocius Foriiulii
possit stare, De bonis vero malefactoris predicti si qua habuit
vel haberi poterint satisfiat spoliato, videlicet ad summam eius
quod sibi acceptum fuit, super qua summa accepta vel extimata
ipsius stetur sacramento ipsius spoliati. Receptatores vero derobato
rum et malefactores predictos aut cum rebus talibus derobatis
vel sine et admittentes eos in castris fortiliciis sive domibus
suis si scienter fecerint et ipsum vel ipsos derobatores cum
spolio et derobatione huiusmodi in terras dictas etiam domino requi
siti non presentaverint et assignaverint domino patriarche aut Mares
calcho suo ipsius dictos [illegible] vel si quos vel si qui ignoranter
receptavissent vel receptavissent derobatores et malefac
tores predictos cum spolio vel sine [illegible] et requisiti ex parte
domini patriarche aut per predictos eius vel alterum ipsorum aut   Nota Forenses [?]

eorum vel alterius ipsorum inicios infra duos dies
reputata die requisitionis ipsos malefactores et derob-
atores non punierint vel assignaverint vtros simili pena pu-
niatur et cadat in penam predictam, et contra eum vel eos
procedatur ita procedatur sic contra ipsum vel ipsos receptatores
sicut si scelus huiusmodi fuisset commissum. Et si dicti derobatores
non fuerint putati vtros et reputati, vel probare possit ipsos
derobatores tempore receptationis vel post eo vel fuisse in dictis
castris vel fortaliciis, tunc tales receptatores nullam
possint pretendere ignoranciam, et puniantur in dicta pena et
contra ipsum procedatur simili modo sic a principio sicut recep-
tasset. Et predicta non puniantur omnes capientes aliquem vel
aliquos publico tempore pacis et ex dictis personis, propria auctoritate et
sine auctoritate domini, dummodo tales vel tales capti non fuerint
proditores vel assassini capientium, et hoc habeat locum contra ipsos
istos.

hic [illegible] de [illegible] intelligitur, de [illegible]

Constitucionem pre predictorum quo ad penam tantum corri-
gentes statuimus quod quilibet derobator stratarum cu-
iuscumque gradus et condicionis existat, furcis suspendatur
taliter quod moriatur.

Vide.

De hiis qui rapiunt aut auferunt pignora a precombus postquam illa receperunt.

Item constituimus quod si pro executione officii sui sive domini Marescalcho vel eius familia pignus vel pignora arripit de domo vel habitatione aut stabulo aut curia aut portico alicuius et ab prohibitum fuit dictum pignus aut pignora ex porticu aut ex domibus duci seu deduci aut ipsa pignora fuerint de manu sua ablata tunc constiterit tali prohibens aut auferens fecisse rebellionem et pro pena rebellis solvat ducatos xl. Si vero postquam dicta pignora fuerint ex domibus habitationis stabulis curiis baiarguis et porticis traducta aut exportata et per preconem prohibitum fuit ipse pro dicta pignora duci talis prohibens aut auferens constiterit fecisse exfortium et pro pena exfortii puniatur in libris . . applicandis curie domini patrie;

[illegible] et si [illegible] fuerit [illegible] puniatur in [illegible]

In modo procedendi contra depredatores et receptatores eorum creatum primo.

Item Constituimus et ordinamus quod cum proceditur contra Depredatorem predictum sufficiat Unica Citatio primo facta in platea loci ubi proceditur per Marescalchum vel alium Officialem domini patrie, ad suam deffensionem faciendam ad Decimam diem computandam post diem dicte proclamationis facte, Et simili modo contra dictum Receptatorem.

De Comitatibus invitantibus vel Rebellantibus officialibus domini patrie.

Constituimus et ordinamus quod quandocumque aliqua comitas aut homines alicuius comitatis turba coadunata inficiati fuerit aut offenderint Marescalchum domini patrie vel eius vices gerentes aut eius famulos vel precones exequentes debito et congruo modo Officium suum vel rebellaverint pignora eisdem officialibus Omnes existentes culpabiles dicti excessus solvant Marcham unam pro quolibet Et nichilominus penas alias in quas inciderent De modo autem ipsorum excedencium dicto

De pluribus coadunatis pignora de manibus preconis rapientibus.

Item Con. et Or. quod si plures coadunati abstulerint vel rapuerint pignora de manibus et tenuta preconis pignorantis sive domino merescalcho et eius familia ipsa pignora habeat ex domibus et confines domus pignorati omnes predicti simul intelligantur unum exfortium commisisse et de unico exfortio teneantur Et tunc de numero eorum qui dictum exfortium commiserint credatur relationi dicti preconis et hoc casu comitas ville designet tot numero delinquentes quot pro predictis retulerit qui ad solutionem dicte pecunie spectant Qui si fecerit dicta comitas ceteri de dicta villa sint a dicto exfortio absoluti Si vero dicta comitas tot numero delinquentes non designaverit tunc ipsa comitas in omni eo quod deerit teneatur;

Marschalco credatur dato ei iuramento super predictis in predictis, super hoc vel eius vices gerenti, et preconi, et Camerarius teneatur tot numero designare quot Marschalchus vel eius vices gerens, aut preco assuerint fore de excessibus antedictis culpabiles. Alioquin dictus Camerarius teneatur solvere id quod deberent de hiis quos Marschalchus vel eius vices gerens, aut preco retulerint culpabiles in predictis. Addicientes tamen predictis quod nec Marschalchus, nec eius vices gerens, nec aliquis eius familiaris possit ire ad pignorandum, vel ad accipiendum aliqua pignora absque precone, et nuncio iurato Communis domini p.

De iniuriis factis preconibus vel familiaribus domini p. officium suum exercentibus. 2

Constituimus, et ordinamus, quod si aliquis fuerit tante temeritatis quod percusserit preconem, aut familiarem domini patriarche vel Marschalchi exercentem officium suum tunc si ex dicta percussione non fuerit secuta sanguinis effusio, et percussor fuerit masculus cadat in penam Medie Marche parvuli Communis aplicande. Si enim percusserit cum una vel duabus ducibus, seu tribus, et ultra primam

hic addit cuiuscumque officialis fuerit

Si vero ultra duos ictus intulerit tunc puniat secundum formam estimium habita consideratione ad qualitatem et modum percussionis

sedm formam estimium hita considerat ad qualitatem et modum percussionis. Et si no fuit mulier que dictam percussionem fecerit tunc solvat medietatem eius quod masculus solvisset si ipse percussisset. Et si no ex percussione subsecuta fuit sanguinis effusio et vulnus tunc perciens cuiuscumque conditionis existat et sexus, cadat in penam Communis Marche applicandam nostre. Et in ea omnino solvere teneatur expensas factas pro medicis et medicinis pro liberatione dicti percussi. Et de predictis vulneribus et percussionibus credatur relationi preconis cum uno teste vel nisi si preco fuit percussus. Et si no percussus fuit familiaris domini potestatis vel marescalchi exercens cum precone dictum officium tunc credatur duobus testibus testificantibus de dicta percussione. Et in isto casu mulieres admittantur ad testificandum sicut masculi.

De Caratoribus vel tenulantibus et cetera

Constitutionem primam precedentem in medium corrigentes constituimus et ordinamus quod pro excessibus qui continentur in constitutione ubi solvatur Marcha marcha solvantur nunc solidos xl denariorum. Et quod non credatur pignoratoribus, seu officialibus de (?) ...

excedencium simplex s[ed] solum (a) xxv horibus in ficta ab inde non sup[er] fiat legiptima p[ro]batio p[er] alios q[uam] dictos officia les in constitut[o] contentos, vel p[er] extraneos, vel etiam p[er] homines dicte Contratis, vel ville, et q[uod] d[omi]nus marsalchus non possit pignorare, n[ec] pignorare facere, nisi mediante et p[re]cedente [illegible].

[D]e tempore quo Massary debent dimittere, et relaxare ma[n]sos d[omi]nis suis

[C]onstituimus et ord[inamus] q[uod] hy qui sunt soliti solvere aliquo[d] affictum vel alicui Mansi vel fictary non possit illu[m] Mansu[m] vel fictarium [l]icentiare ullo tempore anni, nisi a prima die Augusti usq[ue] ad festum assumpcionis beate marie et licentiantes teneant[ur] p[re]stare securitatem de solvendis affictibus integris, et de stramine et fimo et dimittere fictarium sive mansum melioratum.

D[omi]nus postote valente pignorare sup[er] postata.

[C]onstituimus et ord[inamus] q[uod] d[omi]nus postote alicui a[d]dicti passi [...]tibus suis possit accipe[re] bona tenetis postotam sup[er] dicti

hic fiat una [illegible] q[uod] nullus massarius possit [illegible] p[ro] debito [illegible] n[on] pignorare [illegible] debeat pignorare

[illegible] debeat [illegible] aliquem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliquem [illegible] [illegible] libri [illegible] [illegible]

postora iuncti et alia bona quecumque ibi inventa. Ergo dominus super cuius territorio stat non possit ipsa bona dicti calomi accipere super dicta pustora.

Et pena falsi testis.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis deprehensus fuerit falsum testimonium perhibuisse in quacumque causa civili vel criminali pena ... libras teneatur quam solvere teneatur infra xv dies postquam deprehensus fuerit falsus testis, et nisi infra dictum tempus solverit amputetur ei lingua, cuius pene medietas cedat domino coram quo falsum perhibuit testimonium, alia medietas parti contra quam falsum perhibuit testimonium.

hic addatur per ...

Et massarius de Masareza et manapistis et famulus non admittendis ad testimonium pro eorum domino.

Constituimus et ordinamus quod nullus massarius qui stet cum ... et socio de Masareza nec famulus nec manapastus alicuius possit in aliqua causa testimonium perhibere pro eorum domino, excepto quod massarius predictus possit deponere de ... possessione mansi vel alia

Constituc̄ continet · 2

Et creditor non molestandus p fideiussorem, et dampno passo p fideiussorem · 2

Onstituimus, et ordinamus, qd si ad petic̄ alicui creditoris aliqua bona sint vendita ad incantum que bona fuerit designata p aliquo fideiussorem vel aliū quevis designatorem, seu obligatorem bonoꝝ suorum ad instanc̄ alterius p eundem creditori, aut executi aliq̄ fca contra bona fideiussoris alicui vel alterius designatoris et fideiussor velit sibi de indempnitate prouidere, ipse fideiussor possit et debeat facere conuenire debitorem p quo fideiussit, et ab eo suum petat dampnum resarciri, cuius occõe dampnum passus est, nec debeat ulterius molestare creditorem p pignore vendito siue iuste, siue non, dem pignus fecerit vendi, Sed ipse debitor principalis, contra que bona fideiuss sint vendita habeat regressum contra creditorem: si credat sua aliqualiter indebite ut p sarcitum dicat, no iuste nec racõabiliter dem pig fore venditum, vel alia cã. 2
quicunque

R(ubrica) penis promissis coram aliquo domino non exigendis.

Constituimus et ordinamus quod nullus gastaldio seu quis alius iudex ius reddens in patria Foroiulii audeat nec presumat compellere nec fideiussores invitare nec inducere aliquam partem coram ipsis litigantem quod aliquid faciat vel non faciat sub aliqua pena nec ipsi litigantes ad instantiam alicuius domini seu alicuius alterius partis nec etiam sponte valeant se obligare sub aliqua pena super predictis et quicquid contra predicta factum fuerit sit nullius roboris nec firmitatis.

R(ubrica) solucione fienda pro precio instrumento in publicam formam redacto et quantum fieri debet

sup(er) a(lio) statuto add(itum)* et p(ro)videat(ur) q(uod) ut met(iu)s videbit(ur) videbit(ur)

Constituimus et ordinamus quod quilibet notarius habere debeat pro instrumento in publicam formam redacto emptionis non facte ad mercatum a centum libris infra duodecim frixacenses a centum libris supra viginti frixacenses pro qualibet carta et non ultra nisi de spontanea voluntate emptoris. Item de contractu dotis et morgingapp et de promontatura. Item de contractu cuiuslibet donationis. Item de contractibus cessionis permutationis societatis permutationis locationis depositi. Item de instrumento compromissi seu arbitrii et de

ntencys migore eorum latis / de instris no contract adum
finis et remiss / et ratiois facte de reb vendicis ad mod
tum / a centum libr infra heat sex ferax parmarcha / abinde
no sup septem pauulos p marcha / et non ultra / nisi fuit
de spontanea uolumtate contrahentum / p instris no pcuratory
seu actoris sex . xv . p instris no tutele / sindicatus / cura
toris factorie solvant sex duginti / et non ultra in tuto pe
tente aliquid de illis huiusmodi instris p testamntis no solvat
heres sex deum p qualibet marcha / facta extimat heredit
deductis debitis et legatis / et aliis quibuscumque hereditatis
oneribus / p legatis no solvat sex unus p qualibet mar
cha / et si fuit minus legatum una marcha solvat p
particula legati adminus sex decem / p inuctario aut facte
de hereditatis cum benficio acceptate uel facto p tutorem
a duginti mra citra hat unu sex p mra / ab inde no sup no
solvat ult sex . xl . p toto inuentario an dco . Notarius
no qui ultra pdicta pcia in suis casibus cont pdicta / exto
sit solvere eorum spontaneam uolutatem debeerum / extorcta re
stituat / et in penam med mra cadat soluendam dno cui sub
Notarius qui extorsionem fecerit iussitam . 2

De salario Notariorum . 2

* [C]onstitucionem primam abolentes cassantes, et tollentes
in totum, et eadem in melius innovantes. Constituimus et or
dinamus quod ille ad cuius instanciam Notarius redigit in publica
formam instrumentum contractus empcionis non facte ad incantum
vel instrumentum deposicionis dotis morgingabii, dismontaturam, et cu
iuslibet alterius contractus donacionis non teneatur dare Notario pro
sua publicacione, si contractus per eum publicatus non excessit pre
cium, vel quantitatem, vel valorem decem Marcharum, ultra fer
tones duodecim. Si vero excessit precium quantitatem vel valorem decem
Marcharum. Tunc ab ipso precio quantitate vel valore decem Mar
charum usque ad precium quantitatis vel valorem ducentarum Mar
charum non teneatur ipse ad cuius instanciam aliquis ex dictis contracti
bus fuit publicatus dare notario qui ipsum contractum publi
cavit ultra unum fertonem pro qualibet Marcha prime quantitatis
vel valoris. Si vero precium quantitatis vel valor excessit du
centas Marchas quantumcumque excedat usque in infinitum non tene
atur faciens publicari Notario dare ultra tres Marchas.
Instrumentis vero contractuum permutacionis, societatis, divisionis, et
cancellacionis, seu perpetue locacionis non teneatur pro publicacione ali
cuius eorum dare Notario ille qui fecerit publicari, si non ex
cessit precium quantitatis vel valorem decem Marcharum ultra

Quodecim sex. Si non excesserit precium quantitatis vel va
lorem decem marcharum. Tunc non teneatur ille ad cuius inst
anciam fuit instrumentum publicatum dare ultra medietatem illius
precii, quod dictum et expressum est in precedentibus contracti
bus qui excedunt precium quantitatem vel valorem decem mar.
De compromissis non sentencijs vigore ipsorum latis, et ab eodem
Notario scriptis non teneatur requirens compromissum et sentenciam
illius vigore latam dare ultra quod deberet si esset instrumentum empci
onis de quo dictum est habito respectu ad quantitatem vel valorem
rerum earum de quibus est facta condempnacio in dicta sententia
vigore compromissi lata. Sed si fuerit compromissum et sentencia eius
vigore lata scripta a diuersis notarijs tunc non teneatur re
quirens publicacionem compromissi vel sentencie pro quolibet illorum
dare ultra quod supradictum est dari debere pro utroque ipsorum ab
eodem Notario publicatorum. Pro instrumentis non dotium et relacionum
facte de bonis venditis ad incantum non excedentibus
quantitatem valorem vel precium decem Marcharum non ten
eatur dare ultra sex. xij. Si autem excedat quantitatem valo
rem vel precium decem marcharum dare non teneatur ultra
sex denarios pro qualibet Marcha abinde non super quantumcumque
excessit non teneatur dare ultra sex quadraginta. Et idem
in supradicto casu Constituimus in instrumentis finis et remissionis

in quo specificatur quantitas vel res de qua est facta finis
Tunc non teneatur ille ad cuius instanciam dictum instrumentum fuit pu
blicatum ultra mediam marcham dare. Pro instrumentis non specifi
catis tutele, curacie vel factorie publicatis non teneatur
quis dare ultra fertonem viginti pro instrumentis aut procurie vel actorie
vel locacionis ad tempus facte non teneatur quis pro eius pu
blicacione ultra fertonem xii. Insuper pro testamento publicato non ten
eatur ipsum testamentum requirens dare ultra fertonem unum pro qua
libet marcha facta extimacione hereditatis deductis debitis
et legatis et aliis quibuscumque hereditatis oneribus. Ita tamen quod
quantumcumque valeant bona hereditatis non teneatur testamentum requirens
dare notario qui illud publicaverit ultra decem marchas
Pro legato non publicato non teneatur quis dare ultra fertonem unum
pro qualibet marcha quantitatis vel extimacionis rei legate ~~non~~
~~teneatur quis dare~~ dummodo solucio predicta non sit minor duo
decim fertonibus. Ita tamen quod quantumcumque fuit quantitas vel valor rei
legate non teneatur quis dare ultra summam quatuor marcharum
Pro confeccione inventarii publicati facti pro heredem vel tutorem
fiat satisfaccio iuxta deliberacionem duorum bonorum virorum eligendorum
unum pro partes utriusque respectu et consideracione ad laborem no
tarii quem in dicta confeccione passus fuit et ad vires hereditatis
vel valoris bonorum de quibus inventarium fuit confectum.

Ita tamen quod quantumcumque sint divites hereditatis vel bonorum non teneatur eius dare pro inventario de illis confecto ultra tres marchas. Notarius vero qui contra fecerit vel aliquid predictorum ultra predictas satisfactiones in singulis casibus singularia recipe rendo contra spontaneam voluntatem requirentis aliquod predictorum extorserit, extorta restituat, in penamque decem marcharum cadat solvendam domino comiti, sublato Notarius, qui extorsionem fecerit, audeat. 2

De Advocato et duobus Notariis atque precone elligendis per dominum p. cum consilio parlamenti in subsidium pauperum litigare volentium. 2

pecia c. 8. Constituimus et ordinamus quod abinde in antea singulis annis d. p. cum consilio parlamenti elligat et deputet pauperibus volentibus litigare unum Advocatum et duos notarios et unum preconem, qui debeant de arte sua pauperibus predictis liberaliter absque aliqua remuneratione servire. Et quod causas inchoatas per Advocatos et notarios seu Notarium predictos teneantur vero producere ad finem absque aliqua sui remuneratione. 2 — hic obiter per add. advocato et notario pauperum providetur de cap. salario pro obtinendum eorum expensis [illegible]

De salario Notariorum recipiendo pro scripturis eorum. 2

Constituimus et ordinamus quod quilibet Notarius deputatus. — Require statuto [illegible]

ad officium Curie domini patriarche seu eius vicarii pertinet que cedulla citatoria habeat unum sex. et tantundem de relatione tantundemque pro sede fienda in iudicio pro termino dicte citacionis pro singulis autem terminis recipere possint pro quolibet termino ab eo ad cuius instantiam datur terminus sex. duos vel soldos duos et inchoans pro omnibus scripturis redactis in quaterno possit recipere ab eo ad cuius instantiam facta dicta scriptura vel pro quo illa scriptura facit sex. tres pro qualibet pecia. pro summa non difficta in publicam formam reddigenda recipere possit notarius a duodecim marchis infra vel supra de dicte extimationis sex. viginti. Si autem ascendit ultra summam duodecim marcharum usque ad marchas viginti quinque recipere possit sex. xxv. Et inde non supra sex. unum pro marcha. Notarius vero qui ultra spontaneam voluntatem solvere debentis ultra dicta salaria in suo extorsit casibus restituat quod extorsit. Et inchoans cadat in penam medie marche domino cui subest applicande.

De salario Notariorum ad hostendendum Notas.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis Notarius fuerit requisitus ostendere protocollum suum per eum ad quem dignoscitur

ptinere tenetur et debeat eidem dictum ondere ptacolum
hoc modo vz. qst pthocolum qd petitur dicatur et scriptum
p ipm Notarium a quo petitur debeat dictus Notarius p
tocholum sine aliqua solicione p quire. Quo inuento onder
debeat parti petenti p. dnm. frate. Si no fuit pthcolum ex no
tis allius Notarij, tunc debeat hre p requirendo, et hosten
dendo denarios sexdecim / Et si contfecit soluat noie pene
mediam alia pstli Cne applicandam. 2

F. Officio vicedonatus et instris publicis vicedandis et
Notarijs pmittendis ad exercionem thabellionatus Offici. 2

Constituimus et ord q si quis Notarius undecumque sit or
iundus compatoti uel forensis decetero in ipse exercere
voluit thabellionatus Officium in patria forijulij, nullatenus
dem Officium audeat exercere nisi prius fuit examinatus
et aplatus p dnm p. uel eius comissit / et quatuo prudos
vireos, uel maiorem pem ipoz elligendos p dnm pattam
de Consilio Consiliariorum electorum p Colloquium gnale
lc quoz officium duret p Annu / et de ano in anum fiat
talium vireorum electo. Si quis aut non examinatus et

Nybatus nris psumpsit aliqa conficere instra pnatus
sit, et intelligatur ab officio thabelionat in toto dnio Aq
legen Ecce, et nichominus prestet securitatem de solvendis du
centis libr parvor dandis fabrice ecce Aquilegen ecce
infra unum mensem, Et si dictam securitatem prestaverit, aut
pfatam penam solvit detrudat in carceribus, et ibi
pene nale retineat p sex menses computandos, a die
quo detrusus fuit in carceres antedictas, Et in predictis
penas declaramus incidere, et ad eas teneri, a die quo
fuit deprehensus excessum commisisse predictum.

Item Constituimus, et ordinamus quod in patria Foro
iulii fiant octo Autenticatores, et inter illos unus in
Cancellaria dni Patriarche, Alius in Aquilegia, Alius in
Civitate, Alius in Utino, Alius in Glemona, Alius in Tul
mecio et Alius in Montefalcon, Alius in Sto Vito, et
Alius in Sacilo, Et elligantur p Castaldiones et consilium
Terrarum predictarum, cum confirmatione dni P. et eorum
Officium durent ad annum, nisi iusta causa impedimentum
aliud induceret, quo casu alius subrogetur durante impedimento.

Sup Ellectione Au
tenticatorum et durac
ionor

Et quilibet vicedns habeat Notarios quos sibi videbitur
expedire elligendos p Gastaldiones et Consilia dcor
Artium mutados de anno in annum ¶ Quor quidem
Autenticatorum et vicedñorum Officium tale sit videlicet
quod teneatur habere quaternos in quibus registrentur omnia in
strumenta in publicam formam redacta quae ad ipsos deff
erentur et tales registratores fiant p Notarios dcorum
de uerbo ad uerbum prout in dictis publicis instris apparuerit
contineri quibus registratis tunc dictus autenticator teneatur
et debeat ascultare instrum publicatum cum registro
et si invenerit ea concordare tunc idem vicedns in
fine instri publicati se subscribat in hac forma Ego
vicedns et Autenticator prius instrum vicedominavi
Non adhibeatur fides alicui prius instro nisi sit vicedomi
natum Et p quolibet instro vicedominato seu aute
nticato et p dicta subscriptione habeat et recipere possit dictus
Autenticator seu subscribens sex denarios et Notarius qui
ipsum registravit habeat et recipere possit denarios quinque
p singulis tribus lineis sui registri in quarum qualibet
linea non sint pauciores xl. litteris Et si instrum aliquod

Nec habebunt non registrata vel non incedulata nullius
sint valoris roboris vel firmitatis. Et fiat incedula
cio et autenticacio supradicta de publicis instrumentis insinuacionibus
continentibus maiorem summam valorem vel quantita
tem quinquaginta librarum. Et de testamentis et codicillis
et aliis ultimis voluntatibus. Et generaliter de
omnibus contractibus et procuratoriis factis ad iudicium sive
ad negocia sive ad causas. Et de compromissis et sen
tenciis arbitrariis et de sentenciis diffinitivis iud
iciariis. Et si contingeret aliquod instrumentum publicatum
et registratum vel non ac autenticatum et primus instrumenti no
tam originalem non reperiri de quo stetur et stari debeat
sacramento illius notarii quem dicetur scripsisse originalem
notam vel illius notarii cui note fuerint comisse et
quem dicetur ipsam originalem scripsisse notam tunc po
ssit et debeat dominus autenticator ex dicto suo regis
tro facere illud instrumentum per unum ex dictis suis notariis
in publica forma reduci de verbo ad verbum sicut in eo
registro continetur et postea se subscribat dicens quod ita in
eius registro continetur. Et tunc dicto instrumento ex dicto registro

publicato adhibeatur plena fides sicut si esset publi-
catum per primum Notarium, qui illud stipulatum fuisset.

Addicientes predictis, quod omnia instrumenta publicata per quos-
cumque notarios subditos vel non subditos Ecclesie Aquile-
gensis scripta debeant ut predictum est registrari, et mediari,
dummodo tangat subditos Aquilegensis ecclesie predicte. Alioquin
eisdem instrumentis non detur fides aliqua, ut profertur.

Item quod de instrumentis Notariorum publicatis et publicand-
is ex notis comprehensis et notatis ante huiusmodi con-
stitutionem fieri possit, et conceditur unicuique fieri facere
incedinationem, quod eundem effectum et eundem robur habeant
quemadmodum instrumenta decreto incedinanda secundum hanc
constitutionem habebunt.

De filiis famil. et aliis inobedientibus eis in quorum
sunt potestate

Constituimus et ordinamus quod si aliquis alterius potestati
subditus, ut puta fil. famil. alicuius vel nepos avi, in

tanta fuerit protervitate erectus, quod mandatis licitis, et
voluntatibus patris, vel avi in cuius potestate existat nolit hu
militer obedire, ymo potius malis conversacionibus, et
operibus insistere taliter quod per eius opera tristicia, quam leticia inse
rat ei in cuius potestate consistit, de quo sit manifestum per pu
blicam famam, et opinionem dicentium, tunc licitum sit eidem
patri, vel avo in cuius fuerit potestate dictum filium seu nepotem
eius, et bonis suis repellere, ac eciam ab eius domo, et
habitacione excludere, ac ipsum privare, et compescere ab admi
nistracione et gubernacione bonorum suorum ita, et taliter, quod de
cetero ipse filius vel nepos non possit in bonis patris, vel avi
ullo modo se ingerere vel intromittere. Ne eciam dictus pater vel
avus non teneatur dicto filio vel nepoti providere in victu
nec vestitu, nec eciam in eius ultimo testamento ei aliquid de
bonis suis relinquere, sed possit et valeat eum totaliter exhe
redare, et bonis suis privare. Et si dictus filius, vel nepos
non solum in predictis conversacionibus, et malis operibus per
severet, nec eciam ulterius perniciose presumpserit in personam
patris vel avi iniuriam aliquam inferre, seu bona ipsius patris
vel avi invadere vel occupare, seu aliquid auferre te
ad querimoniam, et querelam dicti patris, vel avi dictumque iusticia

hic ponitur quod pater ipsum etiam non possit filium exheredare

De constitutionibus non tollendis pure creditore.

Con. et Or. quod si pro delicto alicuius eius bona d. p. vel alter duo[bus] veniant confiscanda dicta confiscatio nullum preiudicium inferre valeat creditoribus, sed ipsa confiscatione non obstante de bonis confiscandis satisfiat creditoribus ante dictam confiscationem et suam confiscationis habentibus iuste obligatis eius bona ut pro mutue confiscantur.

faciat de predictis. Et si non posset filius vel nepos solvere tunc in quo fuit condempnatus in carceres detrudatur. Si vero pater eius vel avus de eis querelam non fecerit quia fortassis non audeat vel non velit, tunc denunciatione facta sibi denunciatione per duos bonos vicinos qui remaneant in secreto, et retineatur possit contra dictum filium vel nepotem procedere sicut si sibi facta esset querimonia per patrem vel avum, et sic fiat contra illam curiam quam pro quam peccata forent commissa. Sed per eos aliquod.

De bonis homicide non confiscandis nec rapiendis

De homicidiis puniendis in patria aut ex tota patria baniendis

Constituimus et ordinamus quod si aliquis ex proposito et cum pensato homicidium commiserit seu alicui homicidio assisterit, si aliter haberi potest de eo iusticia fieri debeat secundum mores patrie Forojulii. Si autem personaliter haberi non potest tunc baniatur et banitus intelligatur de tota patria et dominio Forojulii, nec stare possit in aliqua terra, castro vel loco patrie Forojulii habitare, sed marscalcus possit ipsum ~~dare~~ homicidam capere ubicumque eum invenerit, sine conditione aliquarum penarum, non obstante aliqua consuetudine in contrarium forsitan observata. Et si forsitan aliqua communitas nobilis vel alia persona

addatur ad istud ibi ex proposito

cuiuscumque condicionis existat ipsum homicidam sic ban
itum receptauit, tunc ad requisicionem dni Marescalchi
teneatur et debeat eidem Marescalcho, uel eius commissario presentare
infra tres dies a die computandos requisicionis die requisicionis
inclusiue, aut infra dictum tempus dictum homicidam expellere et
ipsum ulterius non retinere. Contrafacientes autem in mille
libr. paruorum puniantur, cuius dimidia parte applicandam.

De penis non exigendis, uel imponendis ultra summam xl.
den. uel in festiuitatibus ultra summam unius Marche pro huius
garcitum, uel pro custodiendi festa.

Constitutum et ordinatum quod nulla persona audeat pro delicto
uel maleficio commisso uel committendo sub suo garcitto im
ponere uel exigere maiorem penam xl. den. Et si aliquis
licebat unus custodiendi aliquod festum, tunc in die festi
pro excessu possit uel percussione cum sanguinis effusione im
ponere et exigere penam, et pro pena Marcham unam.
Qui uero contrafecerit teneatur duplum eius quod ultra predictas
penas recepit restituere, cuius dimidia parte.

C(ontra) Rusticos imponentibus quadias aut agravantibus ha-
bitatores villarum ultra debitum modum in preiudicium domini
garitum et duorum mansorum et eorum massariorum. 2

Constituimus et ord(inamus) quod omnes consuetudines statuta seu
ordinamenta inducte vel acta seu facta per Comitatem alicuius
ville contra habitatores singulares villarum habitatores qui tang-
unt vel tangere possunt iurisdictionem vel garitum domini p.
vel aliorum nobilium aut duorum mansorum sint casse et
nulle et nullius roboris vel valoris, nec eis uti vale-
ant Comitates villarum, nec ex eis possit aliquod dampnum
sine preiudicium generari habitatoribus garitum vel iurisdictionem an-
tedictis villis vel eorum massariis. Itemque nulla comitas ali-
cuius ville decetero audeat vel presumat imponere aliquam pe-
nam alicui habitanti in villa eadem, sive incolis suis, ultra sum-
mam soldorum. sex. quam tamen non possit imponere ultra quam semel
pro uno excessu. Et quod nulla de ea possit comitas aliqua ali-
cuius ville repellere vel privare vicinanciam aliquem ipsius
ville habitatorem vel facere fossam circha domum aut vindi-
cetione ei detur aqua vel ignis aut loquela vel de-
quod de gravamine quod ei inferrant non audeat conquerri
domino nec etiam destruere et devastare domos vites

seu arbores altanas super quibus iacent vites Man-
sorum qui remanserint in pustota. Nec aliquod statutum
seu ordinamentum facere quod nullus audeat accipere ad affictum
aliquem Mansum qui sit pustota, vel quod non accipiat nisi
pro tanto Affictu vel maiori fictu consueto. Insuper quod nulla-
tenus audeat aliqua comunitas decetero facere aliqua statuta vel
ordinamenta contra homines singulares villarum habitatores qui
tangunt vel tangere possint mediocrem vel garitum domini p.
vel aliorum Nobilium, aut dominorum Mansorum excepta dicta pena
octo librarum pro dono excessu. Et quecumque autem comunitas villarum
fecerit contra predicta, vel aliquid predictorum cadat in penam xl.
librarum patriarchali Curie aplicandam. Et siquidem aliqua comunitas al-
legaverit dampnum destructionis seu devastationis factum in
domibus seu arboribus vel vitibus Mansorum, qui remanserint
in pustota per aliquem vel aliquos de ipsa villa teneatur dicta
comunitas denunciare illum vel illos qui fuit vel fuerint perpetra-
tores predicti dampni. Quod si fecerit predicta comunitas sit abso-
luta ab omni pena, et denunciatus vel denunciati per eam ca-
dat in penam .l. librarum pro qua pena possit personaliter capi et
detineri. Et si non denunciaverit aliquem, tunc ipsa comunitas
solvat predictam penam .l. librarum.

De premiatis personis [illegible] minantibus personis recipientibus
vel recipere volentibus mansos qui sunt pustota vel non pusto-
ta ad affictum.

Constituimus et ord. quod si aliquis tante presumpcionis
extiterit quod minatus fuerit per se vel alium alicui volenti re-
cipere aliquem mansum ad affictum de ledendo ipsum in perso-
nam vel in bonis suis aut super dicto manso et hec probar-
i possint per duos ydoneos testes etiam femini sexus cadat
in penam .L. librarum parvulorum Comuni aplicandarum, pro qua
pena possit quilibet capi et detineri. Et si post minas pred-
ictas offenderit predictum qui recepit mansum in person-
am cum sanguinis effusione vel aliqua offensione notabili cadat
in penam .C. librarum aplicandarum ut supra. Et si offenderit
eum in bonis et super manso restituat ad alterissum ac-
cepta et [illegible] solvat libras .L. nisi dampnum intulerit
ignem imponendo in domum quo casu et ipse incendio conc-
remetur si capiatur. Et si capi non possit perpetuo sit bannitus, nec
aliquis eum receptare audeat sub pena [illegible] dicti patrie.

De massariis volentibus capi quod si sint suis [illegible].

Constituimus et ordinamus quod si aliquis habeat aliquem

Massarium qui sit servus alterius et qui sit sibi pro affectibus obligatus illum capere valeat ac sicut liber non obstante condicione domini cuius est servus.

hic fiat [illegible] pro nullis [illegible] ob [illegible] possit [illegible] pignorare

De nato ex libero ventre pro libero reputando.

Constituimus et ordinamus quod quicumque natus fuerit ex matre libera censeatur et habeatur ac reputetur pro libero etiam si pater eius sit vel fuerit servus, quamvis etiam natus et nutritus fuerit vel longo tempore steterit vel habitaverit super territorio domini superioris vel super quo habitat pater eius. Quicumque natus fuerit ex muliere serva et de masnata censeatur et sit servus eius cuius est mulier ex qua natus est etiam si pater eius sit liber.

De servo comuni manumisso.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis est servus duorum dominorum vel plurium dominorum et fuerit per unum ex dominis manumissus et liberatus censeatur integraliter liber dummodo tamen alteri domino vel aliis dominis fuerit satisfactum de parte quam habet vel habent in dicto servo secundum communem extimacionem extimatam arbitrio bonorum virorum.

De hiis que dicta sunt ex iudicium negando vel confitendo. 2

Constituimus et ordinamus quod si principalibus personis nominibus propriis aut aliis personis aliorum nomine cum mandatis sufficientibus in iudicio comparentibus, et legitimatis ipsis personis et mandatis actor vel reus vel aliquis ex litigantibus alleget vel proponat oretenus vel in scriptis aliqua que dicat fuisse dicta facta vel promissa vel gesta ex iudicium, tunc sive sit actor sive sit reus qui primo illa proposuerit statim post contestationem quam proponitur teneatur illa confiteri vel negare clare et alia parte quantumcumque opponatur illa esse superflua vel impertinencia non obstante quod secundario ipsa post proposita contestationem qua primo tunc et in illo termino instanti propositum fuit vel eciam alleget et proponat aliqua que dicta fuisse dicat dicta facta promissa vel gesta ex iudicium que petat per partem post proponentem confiteri vel negari. Et facta dicta confessione post proponentem propositis et allegatis negando vel confitendo ea, tunc teneatur pars primo proponens eciam negare vel confiteri proposita et alle[gata] secundario per partem adversam quantumcumque opponatur illa esse superflua vel impertinencia. Solum autem predicta fuerint negata per dictas partes vel aliquam earum intelligantur legitime fore pma c. f. ij

[illegible]

negacio absque aliqua eleuacione manus eciam si per partem
aduersam petitum fuit eleuari sublata decreto qualibet
consuetudine in contrarium hactenus obseruata / in hys extra
iudicialibus / et eciam iudicialibus negocys / exceptis cau-
sis in quibus iuramenta / testibus uel partibus deferuntur. Si uero
denique (?) persona predicta / uel altera ipsarum non confiteatur / uel ne-
get proposita / et allegata contra eam / sed taceat / uel eludat
per alia uerba / ex quibus et per que teneatur iudicium impe-
dientis // interrogetur / et requiratur per ius reddentem / duabus
uicibus inter unam et reliquam / interueniente aliquo modico
interuallo / quod confiteatur / uel neget allegata / et proposita contra
eam / Et tunc si confiteatur / uel negauerit procedatur ulterius
prout de iure fuerit procedendum. Si uero post prefatam binam
interrogacionem et requisicionem non responderit clare / et aperte non
confitendo uel negando allegata uel proposita contra eam / et ius
reddens dixerit parti alteri quod procedat / habeatur immediate ab-
sque alia sentencia (?) pro confessa / et procedatur in causa / proinde / ac si clare
et lucide confessa fuisset allegata / et proposita contra eam
eciam si postquam ius reddens dixerit parti alteri quod procedat / uel-
it negare proposita contra eam uel aliquid de eisdem. Sal-
uo quod isto casu ubi predicta proponuntur / et antequam pro confessa

// te (?) pro ipsa tali tenens (?) iudicium impedienti

confessa fuerit, vel reputata fuerit pro confessa, et aliqua
earum personarum petierit inducias ad deliberandum, et in-
teret se super illis propositis informatum non esse, detur sibi ad
minus sex dies, non computato die termini assignati ad
deliberandum, et clare et apte respondendum, negando vel
confitendo vel alias brevius terminus, secundum arbitrium consules
considerata facti qualitate, ibidem statuendo. Addicien-
tes tamen et constituentes, quod per predictas responsiones negative
factas per aliquam personarum predictarum, non preiudicetur
aliquibus exceptionibus peremptoriis et deffensionibus ipsi parti, ne
agenti competentibus, quin illas possit negare, excipere, opponere
et probare, vel prius post dictam responsionem prefatam, et habeat
locum etiam in pendentibus causis.

De Negantibus Acta vel nolentibus illa confiteri in iu-
dicio facta.

Constituimus et ordinamus quod si Actor vel Reus proponit vel
allegaverit aliquem terminum fuisse assignatum parti sue vel
parti adverse, seu aliquem processum factum, aut aliquam sententiam la-
tam esse, vel contra partem adversam in iudicio sive coram arbi-
trio seu arbitratoribus predicte parte, et contra quam proponi-

seu allegatur, vel contumaciter absente, pars illa contra
quam proponitur et allegatur, teneatur clare, et lucide
statim negare vel confiteri illud quod contra eam propositum
vel allegatur, et si quod fuit confessa contra eam proposita
vel allegata tunc ulterius procedatur prout de iure fu
erit procedendum. Si non negaverint proposita vel aliquid
de propositis contra eam, et illam, vel illud quod vel quod neg
averit probentur vel probetur contra eam cadat ipsa pars
que negaverint in penam Constitucionis edite contra neg
antes Veritatem, et ultra penam illam solvat expen
sas factas congruas vel promissas fide facta de et super
litatis per eam. Si aut pars proponens, et allegans non prob
averit proposita et allegata per eam, tunc ipsa pars propon
ens et allegans cadat in penam .xl. denariorum applicando
rum parti adverse que negaverint et eis illico solvendorum
quibus non solutis ulterius non audiatur, sed procedatur in dicta
causa, ac si ipse qui occiderit in penam, et eam non solvit
foret absens et contumax. Si non statim non confiteatur
tur, vel negat, ut superius dictum est, sed taceat vel eludat
per aliqua verba, que teneant iudicium in pendenti qualitercumque
etiam si dicat se velle habere consilium vel deliberare, tunc

sublatis promissis et quibuscunque aliis subterfugiis et di
lationibus pars contra quam proponuntur et allegantur interrogetur
et requiratur per iudicem reddentem dualis vicibus videlicet unam
et aliam intervenie(n)te aliquo modico intervallo, quod confitea
tur vel neget proposita et allegata contra eam. Et tunc si
confiteatur vel negaverit procedatur ut supra dictum est. Si
vero post predictam binam interrogacionem et requisicionem pars in
terrogata non reddiderit clare et apte confitendo vel negando
et iudex reddens dixerit parti alteri quod procedat statim possit
iudex reddens sic dixerit post predictam binam interrogacionem
et requisicionem ipsa pars immediate absque aliqua crima ast
ancium pro confessa et procedatur in causa proinde ac si clare
et lucide confessa fuisset allegata et proposita contra eam
et si post predictam iudex reddens dixerit parti alteri quod procedat volunt
negare contra eam proposita et allegata aut aliquod de eisdem

Predicta tamen habeant locum quando premissa que proponuntur
et allegantur fuerint in iudicio facta et annum dumtaxat cit...
proximum precedentem diem qua predicta proponuntur. Quando illa que
proponuntur et allegantur facta fuerint ante predictum annum
dumtaxat elapsum tunc parti contra quam proponuntur petenti termi
num ad deliberandum et iuratae se ignorare an sint vera
proposita contra eam detur et assignetur terminus sex dierum

non computato die termini assignati in quo termino vel
in quem terminum parte alia parete vel contumaciter abse(n)
te teneatur precise confiteri vel negare clare et lucide coram
eum proposita ut supius est expressum. Alioquin habeatur pro inde
ac si de illis omnibus contra eum propositis expressa confessio
facta foret. Si vero autem ambe partes aliqua acta ex hinc
inde proponat que petantur hinc inde confiteri vel ne
gari per dictas partes tunc teneatur pars contra quam tunc
et in illo termino instanti fuit propositum prius negare vel
confiteri et postea immediate teneatur pars contra quam se
cundario est propositum confiteri vel negare proposita et alle
gata secundario contra eum sub forma ordinis et penis pre
missis. Et habeat locum etiam in pendentibus.

Si terminus actori et reo datus peremptorius ad con
clusionem cause.

Constitucioni supius situate sub rubrica de terminis ad
probandum actori et reo limitatis addendo constitu
imus quod si transactis terminis ad probandum actori

ista constitucio est correcta in toto per sequentem alia(m) sup(er)
precedentem.

et Reos secundum presentem constitucionem datis et limitatis
litigantes vel aliquis eorum infra tres vel quatuor dies
utiles continuandos a die expirati termini vigniti dierum
Reo assignati noluerit vel voluerit et infra terminos in di-
cta constitucione Reo et Actori assignatos producta opposita
vel excepta aliqua de novo opponere excipere vel producere ad
repellendum reprobandum vel excludendum predicta vel eorum
aliqua vel aliqua predicta opposita vel excepta per litigantes
vel aliquem ipsorum intra terminos predictos teneantur vel te-
neatur pars de novo volens producere opponere vel excipere
aliqua ad repulsionem vel exclusionem predictorum ibidem
statim declarare que et qualia sint illa que velint prod-
ucere et probare opponere vel excipere et tunc si per iudicem ass-
essorem fuerit determinatum quod sint talia que etiam si proba-
rentur non repellerent vel reprobarent vel excluderent
illa que opponuntur nullus ulterior terminus assignetur sed
habeatur in causa conclusum. Si non per assessorem iudicem de-
terminatum fuerit quod sint talia que si probarentur repelle-
rent vel excluderent illa contra que opponuntur et relevar-
ent partem allegantem et proponentem tunc assignetur vel per parti
terminus peremptorius sexdecim dierum ad producendum

Et probandum quicquid voluerint, tam super exceptionibus propos-
itis, et replicacionibus qualibuscumque hinc inde infra decem termi-
nos in dicta constitucione contentos, quod post lapsum decem ter-
minorum super opposicionibus et declaratis, et post omnem actum ad pro-
bandum admissio, quibus terminis elapsis sit et repute-
tur in ea conclusum, et ultimus non valeat per aliquam
personam produci, ut probare aliqua in dicta causa, sed partibus pre-
sentibus, ut aliqua separatim eligatur Refferendarius unus in
quo partes concordent, et si de uno non concordaret eliga-
tur duo, vel plures equali numero pro qualibet parte, qui pro
auctore et probatore in iudicio faciat relacionem, qua relacione
facta illico ad omnem diffinitivam procedatur, sive coram
domino P. sive coram eius officialibus omnia fuit profferen-
da. Adhicientes quod terminum statuendi ad opponendum, rep-
licandum, triplicandum, et quadruplicandum, secundum formam
aliarum constitucionum de materia ista loquencium, non exced-
ant terminos in presenti constitucione contentos.

¶ Allegantibus terminos probacionum non expirasse.

Constituimus et ordinamus quod si aliquis allegaverit, vel opposuerit
terminum, vel terminos ad probandum vel ad aliquod aliud

Actum faciendum limitatos fore transactos, et pars
adversa contrarium affirmaverit et approbaverit se esse instru- posita est supra
mentum quod probare teneatur, cadat allegans et proponens
instrumentum fore transactum in penam xl. solidorum parti adverse illico
solvendorum, et solvat expensas factas pro dicta probacione facta.
Et in eadem pena cadat pars dicens instrumentum non fore trans-
factum, si appareat ipsum transactum fore. Que pena parti
adverse ibidem persolvatur. Qua pena non soluta per illum
qui in eam inciderit procedatur in eius contumaciam, prout
ac si foret absens et contumax.

Quod Maiores et Actis iudicum non valeant probare per testes.

Item et ordinamus quod maiores acta Actorum, sindicorum et aliarum quarum-
cumque personarum necnon aliorum in curia intervenientium et registra- posita est supra
tiones ipsorum probari non possint per testes, sed per notarium scripta
quod acta in curia, vel coram arbitris vel arbitratoribus facta,
parte presente vel contumaciter absente probari non possint
per testes nisi illa acta que quis eius velet probare per testes
fuerint acta in viginti diebus proxime precedentes diem qua
dicta probacio conceditur, quo casu sibi concedatur probacio

quod testes quam tam probacionem debeat facere infra ter-
minum sex dierum non computato die allegate et
concesse probacionis et statim publicata intelligatur restricta
et limitata constitucio de mercantibus acta curie et habeat
locum eciam in causis pendentibus.

De diebus feriatis computandis in terminis dilatori
et eciam limitatis ad placitandum.

Constituimus et ordinamus quod in terminis in constitucione limi-
tatis ad placitandum vel aliam actum faciendum compu-
tentur omnes dies quantumcumque feriati sint, exceptis di-
ebus feriarum Natalis et Resurrectionis domini ac messium
et vindemiarum, excepto eciam si per guerram vel aliam
necessitatem vel causam per nos reddentem fuit curie audien-
cia suspensa vel prorogata terminorum.

De instrumentis seu aliis actis quorum copia est decreta in
iudicio non reddendis.

Constituimus et ordinamus quod cum est decreta copia.

in iudicio productorum vel aliquorum Actorum et pars cui copia fuit decreta petat in iud. quod illa instrumenta vel acta legantur quod non audiatur, vel legantur dicta instrumenta vel acta, nisi pars uoluerit contra dicta instrumenta vel Acta aliquid opponere contentus et ibidem in iudicio

porta e sup.

De Actore, seu reo expediendis secundum ordinem scriptorum que scripti sunt in Cedula.

porta c f

Constituimus, et ordinamus, quod siue Actor siue Reus litigans qui sit descriptus in Cedula, qua litigantes faciunt se describi teneatur cum vocatus fuerit per nos volentem tunc eum secundum ordinem Cedule ipsum tangit procedere in termino suo. Alio qui ad instantiam alterius partis, eo iure procedi valeat procedere ac si foret absens et contumax, nisi procedat vel procedi consentiat. Si non venerit penitus noluerit procedere tunc intelligatur ille terminus circunductus, et cassus et pro casso penitus habeatur pro illa die. 2

De confiscationibus non tolentibus iura creditorum

Constituimus, et ordinamus, quod si propter aliquod delictum cuius.

bona dicto patre uel alijs dictis nomine confiscanda
nullum preiudicium inferre valeat Creditoribus, super
sic confiscatione non obstante de bonis confiscandis satisf
iat Creditoribus iuste ante dictam confiscationem, et sine
confiscationis suitibus iuste obligatis, cum eius bona in
primitus confiscantur. ~

Qualis modus dz teneri de petendo consilium uel sindico ~

Onstituimus et ord. quod si aliquis in iudicio per partes incep
perit litigare petierit et dixerit se uelle habere consilium
audiatur et admittatur, dum ante quam recedat de conspectu
iudicis pro dicto Consilio sindico, soluat salarium Advocati p
tis adverse pro illo termino tantum, Aliter aut in eius c
tumacia procedatur si consilium habere noluit, ultra formam sup
dictam, et nichominus teneatur uicare Advocatum eius qui in ma
liciam non petitur tale consilium, exceptis miserabilibus c
euidenter egenis personis, que possint habere consilium, etiam si
salario Advocati partis aduerse non soluto. ~

De duobus non eligendis ad examinandum testes. ~
Onstituimus et ordinamus, quod si examinandi fuerint testes

In iudicio, sive ex dictis examinator elligatur, et non
plures per litigantes in causa si de uno examinator ualle
ant concordari. Et si dicti litigantes de uno examinato
re concordari non possint, iudex reddens elligat unum partibus
non suspectum. Quod si suspecto si pro aliqua parcium allegetur
per astantes coram diffinitore uel uti sit iusta suspicionis causa. Et
habeat dictus examinator si examinat ex iudicium solidos quatuor
pro quolibet teste. Et si dictus examinator extra curiam sive litteras
conductus uel missus fuerit, pro testium examinatione fienda habeat
ultra expensas suas et equi solidos uiginti qualibet die, et ultra solidos
quatuor pro quolibet teste, ut preferetur, pro copia uero danda pro
dicto testium publicatis habeat pro dicto cuilibet ... solidos duos
in sui laboris recompensacionem. ? ·?

Si cives super futuris non preferendis.

Constituimus et ordinamus quod iudex reddens ad instanciam
litigancium uel alicuius eorum non debeat petere a circum
stantibus coram et diffinire quid iuris super futuris con
tingentibus, scilicet quod ex nunc petat quid iuris si tali die
non fecerit fidem de tali facto, uel si sic fiet uel cetera.

tali die quod mis, et similia ex quibus petatur
aliqd' ul aliqs diffini contruersiam, ul litem aliqs ar-
ta fuit int partes. Exceptis casib in quibus ppi contu
maciam ptis conceditur / futur fiea in absencia partis.

¶ Exceptoibus oppoicoibus et replicacoib, orctenus
fiendis qn e decta copia p uiam informadi.

[illegible] pendent p no fiat [illegible] [illegible] incep

Onstituimus et ord qd qn est decreta copia aliquorum
pductorum in iud p uiam informadi tm sic de consue
tudine hactenus obsuata fit q fieri decetd Constitu
imus de instris pductis ad plandum iura dnarum
et de instris compmiss actis, et omnibus arbitraris et
coram arbitris seu arbitratoribz actitatis, ac etiam de
alys actis iudicialibus, et omnibus latis, siu pte pnte ab
sente et no citata, siue pte absente et citata, siu pte pn
te, et sint elapsi unus Annus, et dies, et dies, a
die late eiue, siu facti processus de quib copia petitr
et terminus sit ad opponendum, et excipiendum, Oppo
siciones, seu excepcioes contra predca ul aliqd predcorum
Opponat excipiat aliud in iud orctenus tantum gcpud

oppone et excipe volunt. Quibus opposicionibus et
excepcionibus factis si eidem placuerit parti contra quam
opponitur et excipitur ibidem oretenus videre et quod ibidem
determinetur questio tunc debeat ibidem terminari sine aliqua
prolixitate. Si autem placuerit parti contra quam oppositum et ex
ceptum fuerit terminum ad replicandum contra opposita et
excepta, tunc sibi statuatur terminus decem dierum tunc temporis
quibus habuit pars que opponit et excepit et iste terminus
replicare non possit nisi oretenus sicut oretenus fuit op
positum et exceptum et ulterius nove petitum aliquis ter
minus statuatur sed ad sententiam procedatur, hoc addito quod sive
in termino statuto ad opponendum et excipiendum sive
in termino ad replicandum in quibus casibus predictis excepciones
opposiciones replicaciones fiant oretenus prout dictum est. Si partes
voluerit ultra unam excepcione vel opposicionem facere
vel contra ipsas replicare teneatur et debeat excepciones
et replicaciones facere quotquot volunt antequam petatur per sen
tenciam dummodo non excedant quatuor et tunc petatur
per sententiam super predictis excepcionibus opposicionibus et replicacionibus
omnibus propositis et factis. Et si post latam sententiam super pre
dictis opposicionibus, excepcionibus et replicacionibus voluerit

Iterata dicte partes vel aliqua earum alias de novo
opposiciones excepciones et replicaciones facere possit. et ita
liceat teneatur et debeat dumtaxat non ultra quatuor oppon
ere et replicare simul modo ut supra prescriptum est et ultimum
tercio simul modo ita quod tribus vicibus possit opponi et
excipi et replicari per qualibet parte. Et predicta locum
habeant quod possint tribus vicibus fieri opposiciones exce
pciones replicaciones in omni in quo in qualibet vice de
primis duabus vicibus fuerit facte nec pauciores qua
tuor opposiciones excepciones et replicaciones. Si vero in ali
qua vice fuerint facte pauciores quatuor per aliquam
earum partem non audiatur ipsa pars ulterius opponere
excipere vel replicare valens.

Et debentibus produci Excepciones Opposiciones seu
replicaciones in scriptis et non producentibus contra aliqua vera
quorum copia est decreta per iudicem copiandi.

Item Constituimus et ordinamus quod quando aliquorum instrumentorum in medio productorum
copia est decreta per iudicem copiandi et in termino st
atuto ad opponendum et excipiendum pars que opponere

. et excipere debet.

q̃ sup possessione, et etiam eo casu quo ut pmittitur sup possessione tantum est disputandum et decidendum. Et resi
nata sint ipsis ptibus, et cuilibet partium omnia iura, que
sunt in pprietate rei uel bonorum, de quibus e questio.

De salario Refferendariorum Rubrica.

Constituimus et ordinamus, q̃ qn̄ circa petitionum commitunt
uni uel plibus refferendariis in iudicio refferenda statim
facta commissione ius reddens cum consilio assistencium habito
respectu ad quantitatem cause, et considerata ad laborem que
in pendendis et recitandis petitionibus cum subditis re
fferendarius audit, taxet salarium refferendarii, et re
fferendariorum, qua taxacione facta mandet fieri p partes
depositum dicti salarii penes aliquem bonum virum infra
tempus relacionis fiende, quod depositum illico p depositarium p relacionem factam ipsi refferendario, uel refferendariis
impendatur.

Una sup exforcys factis in casu in quo allegatur possessio
Nouiter acquisita, et incidenter allegata sup petitorio constitucione

Et ordinacōi editis et factis sup predictis ali
quis indebatur et deffectus. Ideo addendo anctendo, et de
clarando sub vba eiusdem constitucī predic edite, et
facte (que incipit sup eodem qn allegatur et finitur
sup petitorio. et incipit dca Constituco in nigro. Co
nstituimus et ordinamus q si ptes, et finit cū in pend
entibus cāis. Quasi ppe medium p̄ verba s. et simu
ltā audiat alia pars sup pdcis Addimus infrasstam
ordinacionem vz q si non compelat ista alia pars inca
sua pducē sup ppetate nisi ubi constaret q res de
qua agitur fuiss vendita ad incantum cont ipm ui
tore alicui conuictoris p ōmam datam cont ipm, vl si
vendita fuerit ad incantum ocōe alicui obligacōis cō
vencionalis facte p ipm. Omnib casbus p̄ q ille q si no ^qui rō anuq
nam possionem allegat inca sua vult pduce sup ppe
tate et possione, compellat etiam alia pars sua inra
pducē sup eisdem. Aliud aut non teneat nec compellat
pducē nisi sup possione Antiquiori et pociori, Et p̄ca
strant illa pdce constitucōis que dicunt et tuc di
putet simul et semel. Amen.

Deo gracias Amen.

[illegible]

[illegible]

25

25

Constitutiones Patriæ Fori Julii editæ Decreto
Marquardi Patriarchæ
habito generali Colloquio in Castro Utini 26.
Aprilis (ut alibi colligi potest) 1366.
In principio Index earum Constitutionum,
sed a n.° XXXIV.
Deinde Decretum, cui sequuntur ipsæ Consti:
tutiones

BIBLIOTECA ... UDINE